BIBLIOTHECÆ PATAVINAE MANVSCRIPTÆ PVBLICAE & PRIVATAE.

Quibus diuersi Scriptores hactenus incogniti recensentur, ac illustrantur.

Studio & Opera

IACOBI PHILIPPI TOMASINI

Sac. Theol. Doct. Pat. & Canonici Secularis S. Georgij in Alga Venetiarum.

AD

ILLVSTRISSIMVM & REVERENDISSIMVM

D. FRANCISCVM VITELLIVM

Archiepiscopum Thessalonicensem &c.

Pro SS. D. N. VRBANO VIII. & Sede Apostolica apud Sereniss. Remp. Venetam Nuntium.



VTINI, Typis Nicolai Schiratti. MDCXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO
& Reverendissimo D.
D. FRANCISCO VITELLIO
Archiepiscopo Thessalonicensi,

Pro SS. D. N. VRBANO VIII. & Sede Apostolica apud Serenis. Remp. Venetam Nuntio Apostolico, Patrone Colendissimo,

Iac. Philippus Tomasinus S.

DIvinè ad mentem Protagoræ in Theæteto & Cratylo sapientissimus Plato, Hominem omnium rerum mensuram pronunciavit. Quamvis enim summi veriùs opificis id esse nemo non agnoscat, extremæ tamen benignitatis vestigio in tam nobili artificio viget animus Divinitatis simulacrum, ad quem cetera quidem humana omnia referuntur, & in quo mira elucet sapientiæ virtus, cuius munere rectà nitentibus ad veram felicitatem via patescit. Quæ num solo naturæ instinctu, morumúe præceptis firmas radices agat, ingeniosorum disceptationibus relinquo. Vtrique suus quidem locus, maximè verò Doctrinæ, cuius initia, non minùs quàm

ipsa ad mortalium usque admirationem incrementa, literarum inventioni debentur. Ex vero, sive Cadmo Phœnici, Palamedi Nauplio, aut Simonidi Syracusano, seu Deo cuipiam, aut homini divino, cum Platone in Philebo, qualis eidem in Phædro Theuth literarum pater, vel quod vero propius Hebræis, cum quibus ijdem doctorum sententia Phœnices, ortus sui laudem ascribant, nihil sanè in omni vita ingenio dignius, nihil utilius conspicitur. Harum nempe beneficio longè dissiti interiora animi sensa invicem communicant: his benè vivendi præcepta longè lateq; sparguntur, ad vitæ securitatem traduntur leges, rectè gesta laudabili posteris documento committuntur: numero, universum hoc mira varietate pulcherrimum perenni ordine conservatur, fatalisq; necessitas, ut ita dicam, flectitur. Vnde verè Martialis:

-- Chartis, nec furta nocent, nec secula præsunt,
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Quod cùm pervidisset Christiani nominis iuratus hostis Imperator Iulianus, Scholas tolli, & Bibliothecas exuri iussit. Dei tamen providentia ipsius malitiæ multum superesse voluit, sævitiamq; tyranni effugere plurima, quæ passim latuere, æternumq; latuissent, nisi tædiosum scribendi laborem superiori seculo sublevasset inventum typis compendium. Cuius etsi maxima in conservanda literarum dignitate deprehenditur utilitas, nihilo tamen inferior eorum laus est, qui præclara magnorum Virorum monumenta singulari cura vindicarunt à tempo-

rum

rum iniurijs, quàm qui pluribus ignota luci reddiderunt. At quoniam immensus propè horum numerus, quæ nec interdum certi consilij, nec fortunæ ratio, nec vitæ brevitas, cum multis communicari sinit; non inutili nec vana prorsùs opera iam ab aliquot annis Lemmata Voluminum, quæ in BIBLIOTHECIS *sunt inedita, ab eruditis vulgari ceperunt, si non alio, sanè hoc bono, ne quid saltem, quod lautioris videretur saporis, peritiorum cogitationes variè diffusas ac de vero ingeniorum cultu sollicitas effugeret. Quorum egregius labor Christianæ Reipublicæ tantopere commodus ne apud nos sine exemplo esset, primus Ego quidquid huius argumenti in Urbis Patavinæ ambitu pervestigare licuit, maiori fortassis alienæ utilitatis studio quàm ingenij laude, in lucem produco. Cuius diuturniorem usuram quum vix sperare possit operis tenuitas, robur utiq; & decus sibi à tuo nomine promittit, Illustriß. Vir, qui avitam* VITELLIORVM *gloriam sago togaq; omni ævo notam tua Virtute Sapientiaq; eximia ita dilatasti, ut iam grauissima Sedis Apostolicæ negotia apud Serenis. Rempub. Venetam non minori integritatis laude, quàm solicitudine peragas. Nullæ tamen sic animum occupant curæ, quin bonas literas adeò foveas, ut uberrimos Te consecutum credant omnes præclaræ admodum famæ fructus, dum non solùm exquisitæ eruditionis Viros in tui notitiam insigni comitate admittis, sed optimos & lectissimos undiq; terrarum conquisitos Scriptores, maximèq; nondum publicatos, veluti optimos fidissimosq; consiliarios liberali in-*

trà

trà tua penetralia contubernio excipis. Huic igitur meo in asserendis eruditorum laboribus studio si speratus tuæ benignitatis favor, ut certum apud omnes exiguo conatui meo decus, accesserit; Patriæ meæ, antiquissimæ Musarum sedi, æterna beneficij memoria tantum honoris, quantum mihi benevolentiæ, contuleris. Quod ut feliciter eveniat, Deum Optimum Max. pronis bonorum in tua vota desiderijs propitium precor, qui me Humanitati tuæ totum dicavi.

Patavij Die x x v. Martij, initijs Serenissimæ Reip. Venetæ memorabili, An. Christi M D C X X X I X.

BIBLIOTHECA
ILLVSTRISS. CAPITVLI
CANONICORVM
MAIORIS TEMPLI.

FVTVRI Operis limen iure occupat præclarus optimorum librorum numerus, qui editiori Templi Cathedralis loco supra porticum Ianuæ orientalis abditus magna veneratione à Reuerendissimis Canonicis ut res sacra seruatur. Nec sine prudenti veterum exemplo, apud quos, (vt eleganter Seneca) libri sacrorum ingeniorum opera nullo alio in loco conuenientiùs collocari posse putabantur, quàm in sacris & religiosis ædibus. Cum igitur Iacobus Zenus Patritius Venetus Ecclesiæ Patauinæ Antistes rerum diuinarum ac humanarum scientia clarissimus facilè perspiceret, quod absq; Bibliothecis fermè inermis esset Religio, & inanis Sapientia, prudenter toto vitæ curriculo, quo se literis tradiderat, in conquirendis M. SS. rarioribus nulli studio impendione pepercit. Ipso autem præmaturè terris erepto, successor Petrus Foscarenus Anno 1482. die 2. Octobris, non minùs vt Viri doctissimi monumentum, quàm sui affectus indicium relinqueret, quotquot erant Codices Canonicorum Studijs summa liberalitate dicauit. Qui sanè thesaurus hodieq; tanto studio custoditur, vt Illustrisimis Iosepho Gualdo Archipresbytero, & Abb. Franc. Leonio Comiti de Sanguinetto Thesaurario, me plurimum debere fatear, quòd singulari humanitate me in eam admiserint.

BIBLIO-

BIBLIOTHECAE CATHEDRALIS
LIBRI MANVSCRIPTI.

CLEMENTINAE Iuris Canonici. Incipiunt. *Lectis*. in membr. folio Tom. III. *Ha sunt elegantiori charactere, & egregijs picturis insignes. Olim Regis Alphonsi, cuius Insignia ostendunt.*

DECRETALES in membr. in folio. Incipiunt. *Doctoribus*.

SEXTUS DECRETALIVM. *Is pariter fuit Regis Alphonsi, eleganter scriptus, & picturis ornatus in membr. folio.*

DECRETVM. *Vt superiores ornatum.* Incipit, *Episcopus*. in membr. folio. *Hoc à Gratiano Monacho Benedictino Anno* 1151. *conscriptum ostendit Epitaphium Bononia in AEde D. Felicis à Io. Franc. Aldreuando positum.*

SEXTVS PARVVLVS in membr. fol. incipit. *Cunctis patet.*

DIGESTVM nouum membr. fol. incipit. *Inhiberetur.*

IVSTINIANI Imp. Institutionum Volumen. Membr. fol. incipit. *Decretatum.*

Vsus Feudorum in memb. fol. *Dare possunt.*

LEGES seu Statuta Venetorum cum Glossis. In membr. fol. incipiunt *D. Marci.*

LIBER Statutorũ Collegij Pratensis in membr. fol. incipit. *Curia.*

INNOCENTIVS super Decretalibus, in membr. fol. *Hanc Decretalem.*

NOVELLA Io. Andreæ super III. IV. & V. membr. f. *Et*

NOVELLA Eiusdem Super Sexto. *Nullus* mẽbr. fol. *Auctor nomen hoc à Matre & filia operi indidit. Bononia diem clausisse Anno* 1348. *patet ex Epitaphio in AEde D. Dominici.*

ABBAS supra Prima parte II. incipit. *Inuenis*,

Supra Secunda. *Et reperitur*,

Supra Secunda II. *Sed in*.

Super Clementinis cum alijs Tractatibus Incipit. *Decet.* Omnia in Ch. In folio. *Auctor est Nicolaus Tudescus Catanensis Monachus Benedictinus, Cardinalis Zabarella disciplina & Laurea Doctorali insignis, Alphõso Regi maximè gratus, Abbas, Panormi Archipræsul, ab Amadeo Duce Sabaudia Felice IIII. Pseudo Pontifice Cardinalibus adscriptus, cuius Operibus per excellentiam præfixum fuit* ABBATIS *nomen.*

PAVLVS de Castro super Primam Partem Codicis in char. fol. incipit. *De nouo Codice* Tom. II, *Patauij decessit Anno* 1437. *teste Ficardo in Vit. I. C. Pancirolus id accidisse refert Anno* 1420, *In Epitaphio apud Seruitas Patauij nulla huius rei mentio.*

REPERTORIA, quædam, cum quibusdã Recollectis, & alijs operibus imperfectis vno Vol. in charta, folio, Incipiunt *Sumatur.*

IOANNES de Lignano super I. II. III. IV. & V. Decretalium Volum. V. Item Volumen in Clementinis. fol. *Hi libri hactenus non fuerunt euulgati, quos in Vita eius M. Mantua à se visos refert.* Scripsit in omnes Decretalium libros, licet edita nunquã fuerint ad pręsens in maioris Ecclesię Bibliotheca hæc repertũtur Manuscripta, quæ ego vidi, & legi. *Is fuit Mediolanensis, & Iuris Pontificij Princeps obijt.* 1386.

ANTONIVS de Butrio super Prima

parte II. in charta fol. incipit *Indicium.*

Super IV. incipit. *Et notanda.* in charta fol. *Obijt Bononia Anno* 1408. *quod colligitur ex eius Epitaphio in D. Michaelis Templo posito.*

CARDINALIS Florentinus super Prima I. incipit. *Eamq;* &c.

Super Primam I. Decretalium. incipiendo de filijs presbyterorum.

Super Primam II. incipit. *Ad instar.* &c.

Super Primam II. alter Tom. *In Initio.*

Super Secunda II. *Ex hoc patet.*

Super secunda III. incipit *Militare.*

Super Quarto Decr. incipit. *Vnde accuntur.*

Super Quinto incipit. *Et Fortius.*

Hæc Omnia in ch. f. eleganter conscripta *Autor est Franciscus Zabarella Patauinus, de quo in nostris* Elogijs *& Athenis.*

DECISIONES ROTAE. In charta, f. incipiunt. *Eiusdem.*

DECISIONES Antiquæ, & Nouæ. char: fol. *Datur restitutis.*

CARDINALIS S. Sixti super Prima Parte Distinctionum Decreti, &

Super Secunda.

Super Secunda Parte de Causis incipit, *Gratianus.*

Super Tertia, incipit; *Monachorum.*

Super Tractatu de Pœnitentia. Incipit *Deuotus.*

Super Tractatu de Consecr. incipit, *Decenter,*

Omnia, ch. f. Tom. VI. *Doctores hec adscribunt Ioanni à Turre Cremata, Hispano, ordinis Prædicatorum, quem Eugenius IIII. Cardinalem creauit.* De eo sic Pancirolus Lib. III. de cl. I.C. In sacras literas multa scripsit, quæ in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Patauij conseruantur. *Obijt Romæ* 1468. *cuius Epitaphium in B. Virginis Annunciatæ Sacello.*

PRIMA Pars Lecturæ cl. Viri Domini PROSDOCIMI de Comitibus de Padua Super Secundo Decretal. incipit *Continuatur hæc Rubrica,*

Eiusdem RECOLLECTAE incipientes de Constitutionibus. incipiunt. *Canones* in ch. scitè picta f. *De eo in Patauinis Athenis.*

FREDERICI DE SENIS Consilia, incipiunt. *Allegando.* ch. f. *Hic familia Petrucina, & Baldi præceptor fuit.*

OLDRADI Consilia, incipiunt. *Cum multi* ch. f. Oldriadus hic de Ponte Laudensis fuit, qui docuit Patauij 1320. *obijt Auinionis* 1335. *vt ibidē ex Epitaphio ad Ianuam Templi Prædicatorum patet: Alia multa scripsit, quæ perierunt. Hæc edita fuerunt Venetijs Anno* 1570. *cum Additionibus Rainaldi Corsi.*

ALLEGATIONES & Consilia Diuersōrum I.C. incipiunt: *Allegationes* in fol. ch.

REPETITIONES quædam super Capitulo ab *Excōmunicato,* incipiunt. *Solenmiter* ch. fol.

TRACTATVS, & Concilia Diuersōrum incipiunt. *Prosequar* ch. fol.

VOLVMEN cum multis Operibus diuersorū videlicet Baldi, & eius add. super Spec. Tractatus de Testibus. De Ordine Iudiciario. De Procuratoribus. De appellatione. Incipiunt. *De Iure* in fol. ch.

VOLVMEN alterum Tractatuum Diuersorū videlicet Tract. Io: de Lignano de Bello cum alijs sequentibus, incipiunt *Habitum* ch. fol.

DOMINICVS de S. Geminiano super Sexto incipit *Valur us.* ch. fol.

Super Secunda Sexti. incipit *Etiam sponsum* ch. fol *Antonij de Butrio discipulus Pauli de Castro, Imolæ, & Card. Zabarellæ, qui eius plura edidit.*

BERNARDI Archipresbyteri Saccensis. super Secunda Decretalium, optimè scriptus in fol. ch *Hic videri potest Bernardus Compostellanus. qui iussu Innocentij IV. Sum. Pontif. in Decretales scripsit. Vel aliquis forsan Archipresbyter plebis Sacci municipij.*

cipij Patauini fuit huius operis scriptor.

REPERTORIVM Domini GENTILIS, alias Repertorium Brixiensis. Tom. IV fol. ch.

REPERTORIVM Ioannis de Mileis. Incipit: *Licentiare* ch. fol.

BALDI de Perugio Repertorium Iuris fol. ch.

SVMMA Azonis. fol. ch. *Bononiensis hic in patria obijt MCC. cuius Epitaphium Bononia prope Turrim S. Sernatij spectatur.*

SVMMA AEmiliana. cuius auctor est Io: de Amilijs Aduocatus Consistorialis. fol. ch.

ANTONIVS de Rosellis super Decreto. Incipit *Duobus modis* ch. fol.

Item MONARCHIA. *Patauij obijt 1466. in D. Antonij templo titulo* MONARCHAE *Sapientia honestatus.*

RAPHAEL Fulgosus Super Secunda Parte ff. Veteris. Incipit: *Ecomnes*, ch. fol. *Acris ingenij I.C. & Iurisprudentia praclaris. lumen, interfuit Concilio Constantiensi. Patauij obit circa Annum 1420. Epitaphium videatur in meis Monumentis patrijs.*

TRACTATVS Visitationum cum Extrauagantibus cum Glossis. Item Quędam Recollectę in Iure Canonico. Incipiunt. *Decretalia nostra.* fol ch.

ALLEGATIONES Lapi, incipiunt: *Cum causa* ch. fol. cum picturis. *Lapi duo vixerunt, Tullus, unus, alter Castellioneus Florentinus, quorum, posteriorem huius Operis Auctorem censemus. Floruit is 1354. tum Lignano, Calderino. & Butrio.*

EXTRAVAGANTES cum Comm. Aegidij della Bellamera. In eodem Volumine extat Aluarus de Planctu Ecclesiæ. fol. ch. *Bellamera floruit sub Gregorio XI. Anno 1380. inter Rota Auditores, Episcopus Auentonensis, obijt 1392.*

IN VOLVMINE cuius titulus est Opera Domini ZENI hęc extant.

DOMINICI Episcopus Brixiensis ad Cardinalem Papiensem Tractatus.

EIVSDEM Episcopi Brixiensis Oratio habita Romæ pro pace Anno 1468.

TRACTATVS de Sigillo confessionis.

ADDITIONES Andreæ Barbatij.

TRACTATVS Lau. de Vallis. ch. fol. paruo.

PRATICA Papiensis. Incipit. *Quoniã Vita breuis.* fol. ch. cum picturis.

Io: BARROSII in Agodiarum liber IV. Carmine ad Petrum Barrocium Episcopum Patauinum.

EIVSDEM Ioannis ad Præcl. Senatorem Venetum Angelum Barrocium in Libellum qui MONS EVGANEVS inscribitur in XII. Partes. Incipit.

Mons Domini, mons pinguis, opus,
laudabile cunctis.

in charta eleganter scriptus. Pluteo. 18.

PROSPERI AQVITANICI Opera, f. ch. *Auctoris nomen hic non est prefixum, ex subiecta Inscriptione tamen colligitur, quam omittere nolui, licet ridiculam, sed aui iniuria. Ex Aquitania oriundus erat.* Iste Prosper fuit e Æquitanus vir eruditiss. omniumq; artium dogmate peritus, qui primus canonicam normam omnibus Ecclesijs edidit. Vnde merito AEquitanius dicitur gente, & Prosper vocabulo, quia cęteris æquitatis viam parare studuit quam in vocabulo prosperitatis fortitus fuit ob causam hanc merito, & nomine fulget, eo quod æquitatis & prosperitatis indicium omnium ecclesiarum videtur habere. *At verò Episcopus is fuit Reg. in Prouincia Gallia non Regij in AEmilia titulo Sanctitatis honestatus à Cardinale Bellarmino descript. Eccl. Opera ipsius M. S. in memb. a. sunt in Bibliotheca Io. Rhodij. Clauuit secundum Trithemium Anno 406 alij, posteriorem volunt Anno 454. ad Tempora Imp. Valentiniani eum refert Gher. Vossius de Script. Latines l. b. 2. cap. 17.*

AR-

ARMANDI Declarationes difficiliũ dictorum in Theologia ch. f. *Hic Armandus de Pulcrouisu vel Belloui-su Bononiensis Ordinis Prædicatorum S Palatij Magister, Liber autẽ Metaphysica appellatur; claruit Anno* 1296. in eodem Vol.

LEONARDVS Aretinus de Primo bello Punico. *De quo in Biblioth. S Io: in Viridario. Hic etiam Plut.* XV. *extat alter lib.* De Bello Punico. De Bello Gothorum scriptus An. 1454. ch. f.

IMITATIONES Antonij Raudensis ad Cardinalem Comensem. ch. f. Pl. 16. Incipiunt. *Sæpius videbam. Fuit Minorita, Theologiæ Professor. Hunc tradit Tossignanus lib. III. Hist. Seraph. Mediolani ortum, insignem fuisse Poetam ac Theologum omniq; disciplinarum genere excultum, variosq; è Lactantio librariorum errores sustulisse. Scripsit & alia.*

BLONDI Historia. ch. fol. Tom. II.

Q. CVRTIVS de Gestis Alexandri. ch. fol. incipit *Admouit*.

IAC. ANTONIVS Marcellus in Traductionem Strabonis de Situ Orbis. ch. f. Pl. 17. Hæc traductio facta fuit à Guerino.

ONOXANDER de Re Militari, de bono Imperatore traductus per Nicolaum Secundinũ ch. f. *Onosandri Platonici de Optimo Imp. eiusq; officio lib. ad Q. Verannium per Nicolaum Saguntinum è Græcia in Latium translatus Venetijs & Basil. editus est.*

RHETORICA M. Tul. Cic. mem. fol.

DE AMICITIA Cic. M. f. Pl. 18.

CLAVDIANVS. Incipit: *Phœbo dormitas*. ch. f. Pl. 19.

MISCELLANEORVM Volumina II. In quibus nonnulla Senecæ Opera vbi etiam

FRANCISCI Capodilistæ ad Pasqualem Maripetrum Ducem Venetiarũ Oratio. ch. 8. Pl. VIII. ad Occidentem.

FLAVII Iosephi de Capt. Iud. Liber egregie scriptus cum picturis ch. fol.

MAGISTER Sententiarum in m. f. *In cuius principio hoc extat distichon; quod propter veterum de suis Doctoribus iudicium ommittere nolui.*

In primo Scotus. Bona-sum-Ventura Secundo.

Tertio Alexander melior: quartuoq; Richardus.

METAPHISICA, Physica, De Generatione, De sensu & Sensato cum varijs Lectionibus. Liber eleganter scriptus m. f. Pl. 4.

BVRLAEVS in VIII. Physicorũ scriptus 1438. magna elegantia. f. ch.

TRACTATVS Finalis Magistri Gulielmi Parisiensis de Trinitate. f. ch. incipit. *Scientia de Vniuerso Floruit An.* 1240.

LIBER de descriptione Mahometi per Cardinalem Episc. Prænestinum. desinit: Explicit Tractatus contra principales errores perfidi Mahometi compilatus per Dominum S. Sisti ch. fol. Pl. 3.

HISTORIA Pij de Boemicis. Item Roma Instaurata Blondi. ch. f. *Is fuit Æneas Syluius Piccolomineus ad Pontificatum euectus Pij nomine II. An.* 1458.

ANTIPHONARIVM, in quo vocis modulatio punctis situ diuerso separatis exprimitur: quod hodiè notis musicis per lineas dispositis fieri cõsueuit.

ANONYMVS de Excellentia Euangelij & differentia ipsius ad Legem; de figuris Euangelistarum & eorum modo scribendi; De materia Euangelij, Intentione & Fine fol. membr.

TEXTVS Philosophiæ Moralis elegantissimè scriptus in m. fol. Pl. 4. In principio, & in calce Libri hæc Leguntur: *Iste liber est textus Philosophiæ moralis fuit quodã Reu. P D. Henrici de Scarampis de Ast Episcopi Feltrensis & Bellunensis atq; Comitis, qui obijt in MCCCCXL. die XXIX. Septembris, cui immediate successit. Reu. P. Dominus Thomas Thomasinus origi-*

ne Venetus, qui die XV. Octobris eiusdem anni fuit per Dominum Eugeniũ Quartum de Eccl. Recanatensi & Maceratẽnsi simul iunctis translatus ad dictas Eccl. Feltrenses & Bellunenses simul-vnitas. Cui Domino Thomæ de Bonis dicti defuncti remansit præsens liber cum sex alijs Voluminibus, & ferè nihil aliud. Qui Dominus Thomas dicta septem Vol. anno Domini MCCCCXLII. in Festo SS. Apostolorum Simonis & Iudæ dedit Librariæ Ecclesiæ Feltrensis perseruari hac conditione, quod non possint nec vendi, nec alienari, sed semper ad vsũ teneri.

LIBER Sententiatum. *Opus hoc est Petri Lombardi, quem Schola vulgo Magistrũ Sententiarum appellant, cuius opus integrum infra.*

D. THOMAS de Rationibus Fidei ad Cantorem Antiochenum, eleganter scriptus ch. f. In quo pariter extant, De Immortalitate animæ Io: Didaci de Villegia.

Vita Pompei ex Plutarcho, interprete Iacobo Angelo. in 8. ch. Pl. 9.

SECVNDA Secundę D. Thomę mem. fol.

S. THOMAE de Rege & Regno. Incipit *Qualiter*. m. fol.

S. THOMAS de PerfectioneVitæ; cũ alijs Opusculis, vno Vol. & præsertim Roderici Episcopi Zamocen.

QVAESTIONES S. Thomæ de Malo. m. f. *Creatum*.

ITEM de Potentia Dei. m. f. *Procedens*.

MORALIA S. Gregorij ch. f. Tom 2.

Idem in Cantica Canticorum. f.

S. BERNARDVS de Amore Dei. Incipit, *Damus*. m. f.

S. BERNARDVS Ad Eugenium Papam. Incipit, *Subit*. desinit: *Expliciunt* quinq; lib. B. Bernardi ad Eugenium Papam. m. 4.

EPISTOLAE S. Hieronymi. ch. fol. cum picturis.

IDEM de Illustrifs. Eccl. Scriptoribus. Incipit, *Hortaris*; desinit *Memor effectuorum*. in eodem.

INCERTI quædam de Concilio Basiliensi.

QVAESTIO de Cardinalatu S. Hieronymi.

DE AVXILIIS pro defunctis.

PLANCTVS B. Virginis, per Episcopum Tutcellanum. ch. fol. Pl. 14.

HISTORIA Ecclesiastica Rufini *Meritorum* ch. optimè cripta *Continetur libri, xi. quia ex libris x. Eusebij (vt refert Gherar. Vos. fecit nouem, quibus duo de suo adiecit.* Floruit tempore S. Hieronymi Anno 390.

HISTORIAE Ecclesiasticæ nouæ editæ à F. Ptolomæo de Luca Ordinis Prædicatorum. Incip. *Reuerendo in Christo Patri* vsq; ad' Eugenium IV. *Is perduxit suam Historiam vsq; ad Celestinum V. quo tempore se vixisse memorat, nempe anno* 1274. *Continuatum fuit opus hoc ab alijs vsq; ad An.* 1470. *Ambrosius Gezzeus tribuit ei Historiam Tripartitam. nescio qua ratione cùm eam congesserit Aurelius Cassiodorus, vt infra dicemus.*

EPISTOLAE Io: Episcopi Ephesini ad sororem Olympiadem. *Rursus*. m. f.

SEDVLII præsbyteri Macedonij Ex leg. lib. II. Epist. I.

Item IVVENCI Hispani Quatuor libri super quatuor Euangelijs.

ARATORIS Subdiaconi Quatuor Libri in Actibus Apostolorum carminibus exarati. ch. 4. pl. 16. *C. Cælius Sedulius presbyter Scotus sub Theodosio Iuniore floruit an.* 430. *Trithemij calculo. Carmina Iuuenci Poetæ Christiani nonsecus quàm Aratoris: extant in Bibliotheca SS. Patrum Tom. 8. editionis Secundæ. Primus Floruit* 330; *Alter* 545. *Postremi inter hos vulgò duo tantũ circumferuntur libri, quos in hoc volumine in quatuor diuisos credimus à Grammaticis, qui olim opera aliorum suo arbitrio distinguebant. Quod tamen Plinius Naturalium Hist. scriptor ad Lectoris cõmodum ipse peragere maluit.*

AEGYP-

AEGYPTVS Alexandrinus Latinè cõuersus à S. Viro Ambrosio Monacho Florentino. Incipit. *Quod tu Euxithe Euelude Ecc. ex syria.*

FIRM. Lactantius de Ira Dei, Incipit: *Animaduertis sæpe Donate.*

De Dei Opificio.

AVRELII Augustini de Spiritu & Anima. *Quoniam dictum est.*

EPITOME lib. VII. in Lactantium. Incip. *Iam si iustitia est.* in memb. 4. cum picturis eleganter scriptus. pl. 16.

FRAGMENTA pro concionibus f. ch. Hæc forsitan sunt Iacobi Zeni. Pl. 17.

PRAEDICATIONES & Sermones B. Bernardini. ch. f. *Hic est Bernardinus Senensis à Sum. Pont. Nicolo V. in Sanctorum numerum adscriptus An.* 1450

S. Io. Chrysostomus in S. Matthæum m. f. eleganti charactere scriptus.

BIBLIA Sacra Lat. fol. mem. scripta Anno Salutis M.CCCVII. Pl. 19.

QVOBLIBETA Scoti, Incipiunt. *Cunctares*: desinunt. *De prima habetur scientia.* m. f.

ROBERTI Valturij Lib. XII. *Credo equidem.* ch. f. cum picturis ad Magnanimum & illustrem Heroa Sigismundum Pandulphum Malatestam splendidissimum Ariminens. Regem & Imperatorẽ semper inuictũ.

LVCRETIVS Poeta elegantissimè scriptus, ch. f Pl. 1. cuius in calce leguntur. Olympiade CLXX. anno II. Lucretius Poeta nascitur. qui postea amatorio poculo in furorẽ versus. Quum aliquot Libros per interualla insaniæ conscripsit, quos postea Cicero emendauit, propria se manu interfecit. An. æt. suæ XLIIII. versus sunt 7382.

POEMA Episcopo Donato Pat. inscriptum. Cuius auctoris nomen est infra fol. 11. quod comprehenditur ex primis syllabarum carminibus, Incipit *Maximus. Marinus de Vulgara Monachus Cartusiensis. Opus est de Septem Verbis Domini* Desinit. *Contigimus portũ fessa, data Vita Carina.* in fol. ex papyro.

MAXIMIANI Poetæ illustris Opusculum de eius Vita & Senectute incipit. *Aemula quid cessas finem properare senectus* in paruo folio ch. pl. 2.

COLVCII Pierij Salutati de Fato & Fortuna. Desinit *Perdidisse.* memb. 8. cum miniaturis

OVIDII Metam. cum varijs Lectionibus, memb. fol.

EPISTOLAE Petrarchæ ad Socratem suum. f ch.

TERENTIVS cũ variis Lectionib. f. m.

CLAVDIANVS Poeta. fol. ch.

M. T. C. de Orat. m. fol. incipit. *Cogitanti*: desinit, *quo per similitudinem.*

EIVSDEM Rhetorica m. f.

IDEM de Amicitia m. f.

VITAE Sanctorum quorumdam, & de Meleiade Papa. *Huius operis est S. Bernardus.* in hoc vol. extat

MARTYROLOGIVM S. Hier. elegantissimo charactere. m. fol.

HIEREMIAS Glossatus m. f.

APPENDIX

Eorum quæ ex primo Indice nunc amissa reperio.

TRACTATVS de Potestate Papæ Episcopi Torcellani: incipit *Gessit.* ch. f.

Alter liber eiusdem Episcopi de Potestate Papę, & Cardinalium, hoc principio *Mortali.*

TRACTATVS plures de Potestate Papæ & Cardinalium in vno Vol. incipit. *Spiritus Sanctus* ch. fol.

FANTINVS Valaressus Archiepiscopus Cretensis de Auctoritate Apostolicæ Sedis. incipit: *De Ordine.* m. f.

RODORICVS Episcopus Nouotens. de Potestate Papæ, & Cardinalium. *Archiepiscopo.* ch. f

PETRVS de Pallude de Ecclesiastica Potestate cum aliis Operibus eiusdem argumentum. Incipit. *Et in præsentiarum,* ch. f.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA CANONICORVM LATERANENSIVM S. IOANNIS IN VIRIDARIO;

COENOBII S. Ioannis in Viridario Anno MCCCCXXI erecti Prioratus ad Monachos S. Benedicti primùm attinuit, quibus belli furijs variè dispersis, ac diremptis, in Commendam (vt aiunt) abijt, quam ANTONIVS Corrarius Cardinalis obtinuit. Is Canonicorum Secularium S. Georgij de Alga Venetiarum auctor & ornamentum, pietate loci commotus, annuente Summo Pontifice Eugenio IV. eiusdem olim Societatis, & patriæ, aliquot post annos Prioratum hunc Canonicis Lateranensibus concessit Anno MCCCCXXXVI. Inde factum, vt ijdem, auctis Cœnobij prouentibus, Ecclesiam in ampliorem formam restituerint Anno MCCCCL, Cœnobiumq; ipsum nouis ædificijs, ac porticibus exornarint. Quod pariter Sum. Pontifex Pius Quintus Anno MDLXVI Abbatiæ titulo ampliauit: Est hic BILLIOTHECA Manuscriptis Codicibus insignis, qui relicti ex testamento clarissimorũ Virorum, & in primis Petri de Montagnana, Baptistæ de Lignamine, Io. Marchanoua, Hieremiæ de Montagnone, Galatij de Capitibus-Listæ, & aliorum, quorum in ipsomet Indice laudabilis erit memoria.

MANV-

MANVSCRIPTI CODICES DIVERSI

Qui in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario Patauij asseruantur.

LITERAE Maiores in calce cuiuscunque Codicis designant cl. Viros, quorum munificentia iam in Bibliothecam illati sunt; & P. M. quidem PETRVM DE MONTAGNANA.

B.L. BAPTISTAM de Lignamine Episcopum Concordiensem.

I. M. IOANNEM de Marcanoua, de quo scribens cl. Laurentius Pignorius lib. Symbolicarum Epistolarum Epist. III. Emundo Bruzio inscripta, hæc habet: *Ioannes Marcanoua Medicus Bibliothecam magno ausu instruxit Codicibus scriptis, veteribus Nummis, & Inscriptionibus antiquis legauit Canonicis Regularibus S. Ioannis in Viridario.* Scardeonius effigi-***, in hac Bibliotheca cerni prodidit lib. II. Classe x. pag. 239.

I. C. IOANNEM Calphurnium Græcarum & Latinarum Literarum Interpretem in Gymnasio Patauino.

G. C. GALATIVM de Capitibus Listæ.

H. M. HIERMIAM de Montagnone.

Primus Ordo Librorum ad dextrum Latus.

Pluteo I.

HIEREMIAE de Montagnone Patauini *Summa Commemorialis* utiliora Iuris super Titulis ff. deinde super Tit. Institutionum, qui non sunt nec in Digestis, nec in Codice reducta, & compilata ex ijs, quæ eidem maximè occurrerunt prouidenda in Aduocationibus, & Consilijs in fol. Incipit *Rubrica de Iustitia & Iure*. Munus B. L. Anno 1455.

PRISCIANI de Constructione lib. II. in fol. Incipit. *Quoniam in antea expositis*. Desinit. *Explicit Volumen Minus Prisciani de Constructione*, Munus P. M. hisce verbis ab eodem dono datis, tum hic, tum alijs in libris expressum.

EXIMIVS *Grammatica Doctor. Latinè, Grecè, & Hebraicè peritiss. Petrus Montagnana Sacerdos optima fide, pietatis studio, proq; anima salute ascripsit, donauitque Canonicis Regularibus, qui Patauij morantur hunc librum. Quicunque leget, proficiat, deinde sit gratus. Anno Domini M.CCCC.LXXVIII.*

II.

EORVM librorum est, qui excusi palam extant.

III.

BARTHOLVS super primam partem Codicis in fol. incipit. *Rubrica ista habetur diuersimodè, vero rubrica est.* Desinit. *Vt supra dixi in solutione primi & secundi contrarij.*

IDEM super Digestum vetus in fol. In fronte Operis. *Si certum petatur.* Incipit vero sic. *Glossa continuat rubrica ad præcedentia.* Finit *Ait lex non, quomodo, & qualiter probaretur.*

IV. V. & VI.

EXCVSORVM tantummodo sunt.

VII.

TRACTATVS de ijs, quæ de summi Pontificis potestate Gloriosus S. Thomas de Aquino sparsim in suis perorat operibus ad Rever. & Præstantissimum D. Iulianum Cardinalem. Alia huius tractatus Inscriptio talis est. *Sententiarum flores ex libris Beatissimi Doctoris Thomæ.* Incipit. *Quæstio prima est. Vtrum super Episcopos.* Desinit *Expliciunt flores Sententiarū D. Thomæ de Auctoritate Summi Pontificis collecti per M. Io. de Turre Cremata Ordinis Prædicatoris Sacri Apostolici Pallatij Magistri in Concilio Basiliensi Anno* 1437. In eodem Volumine leguntur.

ACTA Concilij Basiliensis.

Dicta & testimonia multorum memorabilium Patrum, & antiquorum Doctorum, qui aut in expositione Sacræ Scripturæ aut super textum sententiarum, siue Decreti scribendo, aut in tractatibus, & sermonibus famosis dixerunt, & docuerunt Beatam Virginem in Originali peccato fuisse conceptam.

LIBELLVS siue breuis compilatio ex diuersis Sacræ Scripturæ, Canonum & Patrum scriptis. *Vtrum B. Christi Maria concepta fuerit in peccato Originali.*

De Originali peccato, Quæstiones aliquot.

Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus de Conceptu Originali Munus. B. L. 1433.

Habes Lector hic Acta Concilij, partim à summis Pontificibus approbata, partim, nec im meritò, quando ab illis ea Congregatio desciuit, condemnata, & dolet tamdiu inter tenebras colluctari Acta Ferrariensis, & Florentini, quibus Basiliense continuatur, cū in illis & decreta Patrum, & Concilij, quibus Basiliensium temeritas compescitur, & gesta reprobantur, plurima, quorum in editis ne vestigium quidem apparet, habeantur. ea in Eminentissimi Principis BISCIAE manuscripta, Codice pereantiquo, & optima nota, Bibliotheca refertissima, & beneficentia eximij Litteratorum Patroni omnibus exposita, conseruari retulit mihi Leo Allatius similium Librorum helluo literis ad me datis, vnaq; simul velut in tabella, quicquid in eo volumine visitur communicauit; rara omnia, & paucis exceptis vix alibi, nec fallor inuenies. Non patiar hac occasione à Leone meo, & humanitate, & quæ Viro illi peculiaris est ad iuuandu aliorum studia propensione, vinci; quare illius Indiculum, vt ipse habui, dabo: vt vna simul mireris Eminentissimi Principis in conquirendis Auctoribus, ijsq; non omnibus obuijs magnificentiam, & aliorum vsui exponendis liberalitatem, & Leonis, qui talium rerum nullos expertes esse, contra ac fieri solet, patitur, prodigentiam. Conciliorum Ferrariensis, & Florentini editionem nonnullos ab hinc annos in suis Apibus Leo promiserat. Sed quisnam tanta rei remoram facit, ò tempora, nondum noui. En porro Voluminis Indicem.

IOANNIS Leonis Romani Ordinis Prædicatorum De Synodis, & Ecclesiastica potestate ad Eugenium Papam IV. libris quinq; Incipit *Rerum diuinarum omne admodum tractatores.* Pag. 1.

CONCILIORVM Ferrariensis, & Florentini acta sub auctoritate, & præsidentia Eugenij Papæ IV. P. *In nomine Sancta, & indiuidua Trinitatis.* pag. 38.

RODERICI Sancij de Arevalo Vtriusq; Iuris, & artium Professoris, Apostolici Referendarij, Ouatensis, deinde Palentini, postmodum Calaguritani Episcopi, & Sanctissimi D. N. Pauli secundi in Castro S. Angeli de Vrbe Præfecti. Tractatus; De Appellatione a sententia Romani Pontificis non informati, ad se ipsum bene informandum, in quo disputatur quæstio pro

pro vtroq; parte, & tandem adducitur veritas, quæ pluribus testimonijs iuris diuini, & humani roboratur. Declaratur etiam, quotuplex sit superioritas, & quæ sit illa quæ requiritur in appellatione ad Paulum II. Pontificem Maximum. P. *Ad Romanos scripsit Batissimus Paulus modernatempora designans.* pag. 79.

EIVSDEM libellus, De septem Quæstionibus circa conuocationem, & cõgregationem generalis synodi. Vbi inter cetera agitur, ex quibus causis, quando, & per quem & ad quid conuocandum sit, agitur, & de diuersis materijs generalia Concilia concernentibus. ad Paulum II. Pontificem Maximum. P. *Hac nostra tempora præsignãs Beatissimus Hieronymus nos seuere arguit*. pag. 89.

Libellus de Remedijs Afflictæ Ecclesiæ militantis aduersus extrinsecas Turcorum persecutiones, pressuras, & angustias; & an generalis synodus pro hoc tempore sit expediens, aut sufficiens remedium ad eas extirpandas. Demum ostenditur quando, & quomodo, & ex quibus causis generalia Concilia congregari debent. Rursus deducitur, Romanum Pontificem habere in terris supremã auctoritatem foreq; summum, & ordinarium tribunal, ad leuanda quæuis mala, & incommoda ab Ecclesia Dei ad Bessarionem Cardinalẽ, Episcopum Sabinensem, & Patriarcham Constantinopolitanum. *P. Cunctorum sapientum illa semper verissima fuit sententia quam ad pauca respicientes* pag. 107.

Pij secundi Summi Pontificij exemplũ litterarum Apostolicarum super indulto concesso Serenissimo Imperatori Frederico III. P. *Etsi cunctorum Christi fidelium salutem animarum ex debito Pastoralis officij*. pag. 157. & in easdem.

DOMINICI Episcopi Torcellani apparatus, seu glossæ factæ ad re quisitionem Serenissimi D. Frederici Romanorum Imperatoris, dum esset apud eundem Imperatorem Orator Apostolicus cum potestate legati de latere. P. *Concedit Papa Frederico Imperatori, & Leonoræ vxori eius indultum*. pag. 157.

EIVSDEM Episcopi Brixiensis quondam Torcellani, Tractatus seu quæstio. An sit obediendum superiori pręcipienti reuelationem secreti. ad instantiam Reuerendissimi D. Cardinalis S. Chrysogoni, Papiensis nuncupati. P. *Facis Reuerendissime Pater, quod S. Romana Ecclesia Cardinalem decet*. pag. 161.

EIVSDEM Dominici de Monte Episcopi Brixiensis, De Concilio, & ipsius ac summi Pontificis potestate. P. *sepe numero inter doctissimos Viros de summorum Pontificum & Generalium Conciliorum potestate certatum est*. pag. 169.

EIVSDEM De reformationibus Romanæ Curiæ ad Sanctissimum Dominum Pium II. P. *zelus Domus tuæ comedit me*. pag. 288.

EIVSDEM Expositio Psalmi centesimi ad propositum regiminis, quod D. Papa seruare debet, & quicunq; alius Princeps. Psalmus est, *Misericordiam & iudicium cantabo*. P. *Vltimo pro istis reformationibus offero D. nostro Papæ*. pag. 295.

EIVSDEM De electione Cardinalium. P. *Gratia collationis, & inquisitionis pone infrascriptam conclusionem*. pag. 296.

EIVSDEM Consilium in materia creationis Cardinalium ad petitionem S. D. Pij Papæ secondi P. *Quia non nulli manus sampsonis fortissimi vinculis iuramentorum*. pag. 301.

NILI Archiepiscopi Thessalonicensis Oratio de causa dissensionis, & diuulsionis Ecclesiæ Gręcorum à Latinis, in latinum versa, *a Leonello Chæregato Episcopo Arbense*. P. *Existimanimus ad Latinos verba facturi*. pag. 189.

Ex.

Ex Summa Benedicti Abbatis Massiliæ super Capitulo, *Firmiter credimus*, De summa Trinitate, & fide Catholica collecta, & excerpta, additis paucis alijs contra diuersos errores impugnantium fidem Catholicam Ecclesiæ S. Romanæ, qui clauibus, & Sacramentis Ecclesię multipliciter contradicunt, & qualiter illis obuiandum sit auctoritatibus, rationibus, & exemplis per cap. xx. P. *Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, quæ viuit in vnitate fidei*. pag. 190.

Ioannis de Turrecremata Ordinis Prædicatorum S. Palatij Apostolici Magistri in Concilio Basiliensi Anno 1437. Flores ex libris B. Doctoris Thomæ de Aquino iussu Iuliani Cardinalis, De Auctoritate summi Pontificij collecti, & LXXIII Quęstionibus explicati. P. *Mandastis Reuerendissime Pater, & Domine præstantissime D Iuliane dignissime Presbyter Cardinalis*. pag. 250.

Petri de Ancharano Disputata, De laico homicida, qui effractis carceribus aufugiens se promoueri fecit in sacerdotiũ, qui iterum detentus fuit a Iudice seculari. P. *Laicus*. pag. 218.

Impugnatio Pragmaticę sanctionis Regni Franciæ. P. *Ad ostendendum claris & apertis rationibus, & iuribus quod Pragmatica sanctio, quæ nouiter*. pag. 128.

Nicolai Siculi Abbatis Moniacensis, & Cameræ Apostolicæ generalis auditoris Collecta Anno Domini 1433. dum esset in Ciuitate Basiliensi vnus ex Oratoribus Sanctissimi Eugenij Quarti ad Reuerendissimos Cardinales, & alios prælatos, & Magistros, & Doctores ibidem congregatos, causa celebrandi Concilium generale, De potestate Papæ, Concilij, & aliorum. P. *Papa non potest sine causa rationabili*. pag. 252.

Gulielmi Duranti Episcopi Mimatensis De reformatione Ecclesiæ ad Clementem V. P. *Scribitur in Concilio Toletano, quod bona rei dare consilium*. pag. 313. Alter hic est Gulielmus, ab eo qui composuit *speculum*, illi in Episcopatu successor, primi illud Epitaphium ex eodem Codice adnotabam.

Hic licet egregius doctor, præsul Mimatentis,
Nomine Duranti Gulielmus, regula morum,
Splendor honestatis, & casti candor amoris,
Altum consilijs, speciosũ mente serenũ,
Hũc insignibãt; immotũ turbine mẽtis.
Mente pius, sermone grauis, gestuq; modestus,
Extitit; infestus super hostes more Leonis.
Indomitos domuit populos, ferroq; rebelles
Impulit, Ecclesia vicos seruire coegit.
Comprobat officijs, paruit Romaniæ sceptro
Belligeri Comitis Martini tempore Quarti.
Edidit in Iure librum, quo ius reperitur
Et speculum Iuris, & Patrum Pontificale
Et rationale diuinorum patefecit.
Instruxit Clerum scriptis, Monuitq; statutis
Gregorij deni, Nicolai scita perenni
Glossa diffudit populis, sensusq; profundos,
Scire dedit mentes, corusca luce studẽtũ
Quem memori laude genuit prouincia dignum
Et dedit appodio missam diocesis illũ.
Inde Biterrensis præsignis Curia Papæ
Dum foret Ecclesia Mimatensis sede quietus
Hunc vocat Octauus Bonifacius altius illum
Promouet. Hic rennit Rauenna præsul haberi
Fit comes inuitus simul, hinc & Marchio tandem,
Et Roman redijt Domini sub milletre entis

Qua-

Quatuor ammotis annis tumulante Minerua
Surripit hunc festina dies, & prima Nouembris.
Obitus MCCXCVI. sub Bonifacio VIII. quem sequitur Benedictus XI. Anno 1303. cui successit Clemens V. Anno 1305. qui Anno 1311. congregauit Concilium Viennense, cuius prima sessio fuit XVII. Kal. Nouemb. in quo alter Gulielmus etiam Episcopus Mimatensis edidit tractatum breuem, & singularem De Curia reformatione.

DOMINICI Episcopi Brixiensis, Sãctissimi D. N. Papæ Referendarij, & generalis Vicarij Almę Vrbis Questio, siue Tractatus, De inseparabilitate Matrimonij. P. *Vtrum in matrimonio contracto legitimè per verba de præsenti Papa possit dispensare.* pag. 363.

VIII.

CONSTITVTIONES Pontificum Gregorij Papę X. Nicolai Clementis. & Vrbani cum Glosis Domini Garsiæ I.C. & Canoniei Professoris. Finis *Expliciunt omnes Constitutiones, tam in Textu, quam in Apparatu, cum omnibus Additionibus.*

INNOCENTIVS in Decretales in fol. sed mutilus. Desideratur enim liber primus, & magna pars secundi.

SEXTVS Decretalium in fol. In fine *Explicit apparatus VI. libri Decretalium per D. Ioannem Andreã nouiter compilatus.*

IX.

DE IVDICIIS, hoc initio. *Continuatur hac Rubrica*, & sequitur. *De foro competenti. De Libelli oblatione* vsq; ad Titul. de Confess. Tom. 1. Tomus alter. De probationibus vsque ad Tit. de Appell. In fine. *Explicit hoc opus die nona Octobris.* 1469.

ORDO Pontificum, qui Cathedrã S. Petri tenuere à D. Petro vsque ad Ioannem XII.

IN EODEM, Epistolæ Clementis. Decreta Anacleti, Alexandri, Xisti, Telesphori, & aliorum.

DECRETA Conciliorum compluriũ, hoc est, Africani, Carthaginensis. In fine. *Ordo Pontificum & Originalia Decretorũ compilata ab Isidoro.* Munus B. L. in fol.

LECTVRA super secundum Decretalium Io: Andreæ in fol. Donum B. L. Clementinæ Tom. 11. emptæ Anno 1450.

COLLATIONES super totum quartum librum Decretalium, auctore D. Paulo de Doctis collectæ, quas compleuit Anno ~~1431. die 17.~~ Iunij. *De isto clarissimo Viro extat mentio apud Paulum de Castro in l. 11. in. ex 7. q. C. de venditis, & in nostris Athenis.*

FRANCISCVS Zabarella super Clementinas. In fine: *Explicit Lectura D. Francisci de Zabarellis super Clementinas per Marcum Adriani Filium Oliua An. 1433. prima die Mensis Martij.* Emptus per D. Celsum de Verona Priorem Monasterij, ex denarijs librorum quorumdam in Medicina venditorum Magistri Ioannis Marchanouæ.

LIBER Iuris, cuius titulus primus est post Proæmium. *De summa Trinitate & fide Catholica.* Vltimus vero. *De Regulis Iuris.*

X.

DECRETA Romanorum Pontificum per Isidorum collecta in fol. Munus P. M. 1478. *Is fuit Hispalensis Antistes & primus è latinis, qui Pontificũ Epistolas Conciliorumq; acta vsq; ad sua tempora idest, Honorium primum Anno DCXXIII. in vnum collegit.*

LECTVRA Abbatis in II. Decretalium in fol. Munus Galatij de Capitibuslistæ.

REGISTRVM Gregorij Papæ Vrbis Romæ in fol. Munus B. L.

TERTIA pars Lecturæ super II. lib. Decretalium Nicolai Abbatis de Sicilia in fol. Incipit. *Exceptiones.* Munus

nus R. D. Galatij Patauini de Capitibuslistæ Iuris Pontificij Doctoris, & Poetæ Laureati, & Canonici Bergomensis. Anno 1479.

LECTVRA Abbatis de Sicilia super V. Decretalium in fol. Donauit supra dictus Galasius eodem anno.

LECTVRA eiusdem super III. Decretalium, Eiusdem Galasij Munus.

CONSTITVTIONES Benedicti Papæ in 4. Munus B. L.

NOVELLA Io. Andreæ super I. Decretalium in fol. Munus I. M Liber Decretorum distinctus in tres partes in 4. Munus B. L. Io. Andreæ Nouella super II. Decretalium scripsit D. . . Anno 1353.

LECTVRA Abbatis super V. Decretalium 1453. in fol. emptæ per D. Celsum Priorem de quo supra.

FRANCISCI Cardinalis Zabarellę Pat. super lib. v. Decretalium in fol. Munus I. M.

PAVLI Orosij Historia, quam pręcedit argumentum operis. *Paulus Orosius presbyter. Hispanus hic fuit patria, Vit autem eruditus.* Alia inscriptio, *Paulus Orosius presbyter Hispani generis, auditor Aurelij Augustini.* Incipit opus *Preceptis tuis parui Beatissime Augustine.* In fine, *Compilatum fuit opus anno gratia 1370. Gherardus Vossius de Hist. Latinis notat hoc opus inscribi Hormestam. quod tamen in nostris Codicibus nō reperitur.*

ÆNEAS de Piccolominibus Senensis Episcopi, postea Pij II. Papę Tractatus de Ortu Gothorum, *Hoc opusculum nil aliud continet nisi Compendium Iornandi.* Eiusdem hic est.

Oratio ad Principes Vngariæ c. 42.

& ad Ambasciatores Franciæ c. 101.

Exemplar Bullę eiusdem magnæ, quæ est pro expeditione contra Turcas publicata Bononię in Ecclesia S. Petronij die 29 Decembris 1463.

Itē, Breues Apostolici ad Ser. Ducem Venetiarum Christophorum Maurum de expeditione contra Turcas c. 133.

Ad Illustrem Ducem Mediolani.

Ad Dominam Ducissam Mediolani. c. 140.

Exemplar duarum Bullarum eiusdē c. 145.

Oratio funebris in die exequiarum, Card. Firmani 149.

In eodem volumine habentur.

Suetonius de Grāmaticis & Rhetoricis. 1464. scriptus ad petitionem Io: Marchanouæ à c. 163. incipit *Grammatica Roma.*

Cornelius Tacitus de situ & origine Germanorum incipit. *Germania omnis* c. 186.

Tabula Flauij Iosephi de Bello Iudaico in fol. ch. Donum I. M. 1467.

HISTORIA Scholastica Petri Presbyteri Trescensis. Incipit *Reuerendissime Domine, & Patri suo Dei gratia Senonensi Archiepiscope*, Petrus memb. fol. Munus B. L. *Hic est Petrus Comestor, qui floruit sub Frederico Barbarossa Anno* 1160. *eius Historia decerpta est ex sacris libris, Biblia, cui multa è prophanis & aliquando inania inseruit. Fabulosum asserit Vossius, hunc fuisse vterinum fratrem P. Lombardi.* Munus B. L.

VITA Sanctorum Iacobi Voraginis Tom. 11. Fuit hic liber Francisci de Zabarellis. Anno Domini 1401. 21. Octobris Donauit B. L. 1455. *Hoc opus* Legenda aurea *vel* Speculum Sanctorum *appellatur. quod Lud. Viues censuit scriptum fuisse ab homine oris ferrei, cordis plumbei. Genuensis fuit, & Patria Præsul, cuius Historiam pertexuit, quam in Bibliotheca cl. Viri Iacobi Gaffarelli M. S. vidi. Claruit Anno* 1290. *& primus Biblia in Italicum idioma conuertit.*

ECCLESIASTICA Historia. quæ sic incipit. *Quondam Veteres ob studium sapienta enuclare.* Et est præsertim de ijs, quæ obuenere in partibus Africanis debacchantibus Arrianis. Me

moria

moria capitum libri 11. de vita & Institutione Apostolorum post ascensionem Christi c. 1. cap. v. Quemadmodum Tiberius de Christo edoctus à Pilato commotus. *Hac est Historia Ruffini presbyteri Aquilegensis* cuius est initium *Dicunt esse medicorum vbi imminet*. anteeedunt eam fragmenta quædam Historiæ Longobardicæ anonymi. in memb. fol. Charactere per antiquo.

XII.

PRIMA pars Iosephi de Antiquitate Iudaica continens lib xv. in fol. empta 1517. per D. Albertum Iuuencum Priorem,

IOSEPHI Hebrei de Bello Iudaico lib. VII. Primus incipit *Quoniam bellum* Septimus desinit. *per omnia habuerim coniectura*. Sequitur sufficienter vt arbitror & liber alter fie. Priore quidē volumine, & in fine. *Iosephi Hebrei lib. 11. expliciunt*. Munus B. L. 1455. in fol.

MARCVS Paulus Venetus de Conditionibus & Cōsuetudinibus Orientalium regionum in 4. ch. incipit. *Tempore quo Balduinus Princeps*. Definit. *Qui ad diuersas regiones & Prouincias deferuntur. Historia hac primum seorsim edita post Rhamusij opera cum alijs eiusdem generis nunc vulgata circumfertur. Sermone autem latino donatam à Francisco Pipino Bononiensi Ordinis S. Dominici, testatur ipsius in hoc M S. Prologus.*

Facetia de Asino à Poggio traducta.

Expositio Græcarum Dictionum in Prologis librorum Veteris & Nouæ Legis S. Hieronymi.

Bruti Epistolæ.

Leonardi Aretini breuis Historia rerum sui temporis. incipit. *Qui per Italiam homines excelluerunt aetate mea* & finit *Ingenti gloria & exaltatione ciuitatis Socrates Phys. vir omniū innocentissimus*,

Apologia Socratis ab eodem Aretino traducta. Munus I. M. 1467. *Leonardi Bruni Aretini laus propria est, quod primus (teste Paulo Iouio) Græcarū literarum decus à multis seculis barbarorum immani tyrannide proculcatum erexit atq; restituit. Obijt* 1440. *Florentia sua atatis 74. vt ex Epitaphio in Templo S. Crucis.*

SICCONIS Polentonij Epitome in Vitas scriptorum Illustrium latinæ linguæ ad Polydorum lib. XVIII. In fine *Modesti Polentoni Legum Doctoris liber iste est.* Et Siconis Epitahium quod adscribo.

Qui patriæ leges, vitam lusoribus agris
Viuēdi, & studijs pædia recta dedit
Fama fori Euganei, Ritiorum gloria auorum,
Orbis bonos, hoc sub marmore Sicco iacet.

N. F.

Liber hic nunquam editus fuit. Autographum Anno 1433. scriptum habuit Scardeonius de quo in Athenis nostris.

VALERII Maximi dictorum & factorū memorabilium populi Romani. & aliarum gentium ad Tiberium Cæsarem. Incipit *Vrbis Roma*. finis *quinā vocaretur Gaias esse se dicerent*. In eodem

SATVRNALIA Macrobij. Incipiunt. *Multas variasque res in hac vita nobis, Eustachi fili, natura conciliauit* finiunt. *repugnat humori* ch. fol. *Sunt lib. VII. Venetijs excusi, & alibi*,

DIODORI Siculi Hist. *Priscarum* lib. VII. à Poggio in latinum traducti. qui de mundi creatione, deq; omnium prima origine. Incipit primus liber. *Magnis merito gratias rerum scriptoribus homines debent.* definit: *quibus rebus suo loco scribentur à nobis*. ch. fol. elegantissimè scriptus. Munus I. M. 1467 pag. CLXXXVIII. *Floruit Augusti Imp. initio, & è XL. lib. quos cōscripsit, pau-*

C ci su-

ei superfunt .

Laertii Diogenis Vitæ atq; Sententiæ eorum, qui in Philosophia claruerunt. inscriptæ Cl. Cosmo de Medicis à quodam Ambrosio. sunt libri x. incip. *Philosophia à Barbaris.* Milesius primus, & Epicurus postremus est.

Lvcivs Florus incipit Aduentus AEneę in Italiam,& desinit in Epit. lib. CXXXX· *Bellum aduersus Germanorum & plures honores dedit.* Cui annectitur lib. Hist. *Populus Roman. à Rege Romulo in Cesarem Augustum.* m.4.

Chronicon Eusebij. In cuius princ. *Adiuro te quicumq; hos descripseris lib.* Opus autẽ sic: Incip. *Eusebius Hieronymus Vincentio & Galieno suis salutẽ.* hoc initium habet eiusdem Exemplar in Bibliotheca S. Antonij. Huic annectitur Prosper hoc fine · Valentiniano vi. & Nono consulibus. Hic finit Prosper post Hieronymum. fol. mem. *Eusebius Cesariensis floruit* 326. *scripsit ab orbe condito vsq; ad Annũ Domini* 330. *S. Hieronymus continuauit vsq; ad* 381. *S. Prosper vsq; ad Annum* 448.

XIII.

Chronica Marcellini. Incipit *Anno à constitutione Mundi V.CLXXXX VIIII.* desinit, *à passione Domini vsq; ad consulatum Eustachij.* in eodem leguntur

Epistolæ Platonis à Leonardo Aretino traductæ. *Marcellinum à cl. Viro Octauio Ferrario, si fata sinunt, integre illustratum iri speramus.*

Carmina quædam , hoc est passio S. Hippoliti carmine elegiaco. Innumeros cineres Sanctorum formula in Vrbe Vidimus. c 195.

Passio Saluatoris. *Quisquis ades medij q; subis iam limina templi.* c.198

Carmen lugubre in eandem . *Si qua tibi pietas, si pectus mole animusq;.*

Epitaphium Eufrasiæ concinnatũ est carminibus hexametris & penthametris. Incipit. *Si pietatis opus nunquam morietur in æuo. Vide eius Vitam in lib. de Vitis Patrum lib.* 1. *ab Heriberto Rosueydo doctiss. Viro restitutis*

Epitaphium Vilitutę. Incipit *Omne bonum velox fugitiuaq; gaudia mundi.*

In Mensa in Villa S. Martini c.204 *Cum videam cithara cantu, & loquacia lingua.*

Ad Sigobaldum Comitem, quod pauperes pro Rege pauerit. 205.

Ad Childebertum Regem & Brunechildes Reginam de Natali S. Martini Episcopi Turonensis. Munus I. M. 1467.

Xenophon de Vita Cyri à Poggio in latinum traductus ad Alphonsum Aragonum regem. Incipit *Cumplures qui græca* , desinit *Sententia fauebis.* fol. memb.

COENOBIVM Eremitanorum substructionis vetustate ac Tēplo insigne est. Vnde plurimi olim prodierunt Doctores Parisini, & longa temporū serie Theologiæ ac Philosophiæ Professores publici. Bibliothecā M. S. Codicibus refertā possidebat, cuius melior pars temporum iniuria abalienata, reliquis tinea corrosis, hic solummodò supersunt. De ea sic Michael Sauonarola Medicus insignis, qui floruit Anno 1430. *in libello M. S. de Magnificis Ornamētis Regiæ Ciuitatis Paduæ. Ornamento XXVII:* Alterum vero locum gloriosum primo in aspectu iocundissimum nimis nominabo, quem Bibliothecam Heremitarum appellant, cuius ingressus librorum pulchritudine eorumq; multitudine homines in admirationem ducit. Locus enim amplissimus est vitreis fenestris, & lucidis, ornatus, *&c.*

Libri

Libri Theologici.

AMbrosii Floridi Patauini Ordinis Eremitarum Mag. Commētaria uberrima in Lib. Sent. *Volumina* IIII. ch. fol.

Ambrosij Floridi Patauini Prælectiones Casuum conscientiæ in 3. Decalogi. Anno 1602. in ch. 4.

Discorsi Predicabili di Fra Lodouico Arigono Padouano Ordinis Eremitanorum *Vol.* 4.

Liber qui dicitur *Itinerarium* B. Bonauenturæ ch. 8.

Oratio B. Mariæ Virginis à Fr. Henselmino Ordinis Eremitanorum S. Augustini cum miniaturis in m. 8.

Liber Theologicus. Incipit. *Firmiter credimus &* f. m.

Diadema Monachorum. m. 8.

Compūctiones Cordis S. Io. Chrysostomi. fol. m. *Cum te intueor B. Demeti*.

Liber cui titulus est De Deo. Incipit. *In scriptura Sacra, &c.* fol. m.

D. Augustinus de Ciuitate Dei. fol. m.

De Augustinus de perfectione Institiæ hominis. fol. m.

Retractatio S. Augustini. Item eiusdem liber Confessionum. 4. m.

Enchiridion S. Augustini. fol. m.

S. Augustini de Trinitate fol. m. exemplaria 2.

S. Augustinus in Psalmos. 4. m.

S. Augustinus de Ciuitate Dei, egregiè conscriptus f. m.

S. Augustinus de Natura Boni aduersus Manichæos. fol. m.

S. Augustinus super Genesim de doctrina Christiana. f. m.

Flores multorū librorum S. Aug. 4. m. *Huius operis Auctor Franciscus Maironus, quem se in Bibliotheca Fr. Minorum Coloniæ Agrippinæ M. S. vidisse mihi affirmauit R. D. Mathæus Ferchius cl. Theologiæ professor Patauinus.*

Soliloquia B. P. Augustini.

Stimulus Amoris, cuius est auctor S. Bonauentura.

Libellus de conflictu Vitiorum, & Virtutum.

Libellus de templo spirituali B. Bernardi.

Quædam dicta Isidori de Confessione in 8. m.

S. Augustini Opera diuersa, vtpote

In Genesim.

De Communi Bono.

De Ecclesiasticis Dogmatibus.

De Fide ad Petrū. *Olim creditum hoc S. Augustini opus, nunc à doctissimis Viris deprehensum est fuisse D. Fulgentij, & in Breuiario Romano ad solemnitatem Sanctissimæ Trinitatis S. Fulgentij nomine circumfertur.*

Retractationum lib. II.

De Mirabilibus S. Scripturæ.

De Quantitate animæ.

De Immortalitate.

De Origine Animę lib. II.

De Origine Animæ ad Vincentiū Victorem lib. II.

De Magistro.

De Sacra Virginitate.

De Bono coniugali.

De Nuptijs, & concupiscentia.

De Coniugijs adulterinis.

De Mendacio.

Contra Mendacium.

Sermo de Pœnitentia.

De Moribus Ecclesiæ, & moribus Manichæorum lib. II. f. m.

Volumen Ingens cuius titulus ? Dominica I. Aduentus. Incipit verò his verbis. *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum vnum credimus etiam Dominum*. fol. m.

Scriptum in Iob in memb. vet. fol. Incipit. *Duo prologi præmittuntur huius Operis*.

Postilla Fr. Augustini de Esculo Ordinis Eremitanorum S. Augustini. fol.

Liber Anonymi. Incipit. *Misit Verbum suum, & eripuit eos.*

Primæ partis S. Thomæ fol. m. Exēplaria duo.

Prima

Prima pars Secundæ partis Summę Fr. Thomę de Aquino (*sic enim legitur*) scripta in memb. vet. in fol.

Tertiæ partis Fr. Thomæ de Aquino in fol. memb. vet. Vol. bis.

Secundæ Secundæ D. Thomæ. fol. m.

Quæstiones disputatæ D. Thomę. fol. m.

Quæstiones S. Thomæ de potentia Dei, De Intellectu, de Anima fol. m. vet.

Quodlibeta S. Thomæ fol. m.

Secundus Sent. S. Thomæ fol. m.

S. Thomas contra Gentiles fol m.

Secundi Libri Secundæ partis Fr. Thomę 1290. script. fol. m. exemplar. geminum.

Vgo de Sacramentis. 4. m.

Rationale Diuinorum Officiorum. f. m.

Magister Sententiarum. fol. m.

Flores Moralium S. Gregorij. 4. m.

Dionysius de Diuinis nominibus. 4. m.

Quodlibeta Henrici de Gandauo. fol. m.

In Metaphysica Aristotelis. Incipit. *Mecum sepissime reputans quibus tanquam expertibus omnes homines*, Cum miniaturis. fol. m.

Liber Sententiarum cum glossis. 4. vet. m.

Quartus Sent cum exposit. Doctoris Communis fol. m.

Scotus in primum Sententiarum, fol. m.

Liber de Moribus hominum & officijs Nobilium super ludum schacchorum. 4. m.

Epistolæ S. Io: 4. m.

Prosper de Vita contemplatiua, & actiua. 4. m.

Magister Sent. 4. m. vet.

D. Ambrosius super Psalmum. *Beati Immaculati*. fol. m.

Liber, cuius in calce leguntur, *Expliciunt dubia Magistri Caetani super sententijs Mag. Stroda Rodulphi scripta per me Fr. Albertum de Padua Ordinis Eremitanorum Sanctissimi Patris Augustini qua expleui sub Anno MCCCC. LXV. XVIII. die Mensis Iulij, in qua ipse Mag. Caietanus nora XIII. emisit spiritum, & ego expleui in eadem hora XVI. in vigilia Sancta Margarita*. fol. ch.

Pars secundæ Summæ Henrici de Gandauo. f. m.

Lectura Fr. Bonauenturæ de Peragha de Padua Ordinis Eremitanorũ in 4. m. vet. *Is Cardinalis creatus est ab Vrbano VI. Anno 1385. de quo Onuphrius Panuinus, & nos in Athenis nostris*.

Excerpta quædam ex B. Gregorio. fol. memb.

Postilla super librum Sapientiæ edita à Fr. Rogerio de Saciello S. paginæ Professore Ordinis Eremitanorum.

Expositio Euangeliorum Quadragesimalium Mag. Alberti de Padua Ordinis Eremitanorum. fol. memb.

Expositio Mag. Alberti de Padua super Pentatheucum in fol m. vet.

Expositio in Euangelia Dominicalia totius Anni, & aliquarum solemnitatum edita per Mag. Albertum de Padua. An. 1390.

Collationes Biblicę Fr. Alberti de Padua. fol. m. vet.

Alterum Volumen expositionum Fr. Alberti Patauini in Euangelia Dominicalia totius Anni fol. m. *miniatum, vbi ipse depictus sermocinans in exordio libri*.

Postilla super Euang. Quadr. Fr. Alberti de Padua S. paginę professoris miniata. fol. m.

Postilla in Euangelia Anonymi.

Fr. Robertus OlcKol Ordinis Prędicatorum S. Paginæ professor super libros Sapientiæ Salomonis. fol. m.

Monologion Anselmi.

Theologici Tractatus. Incipiunt. *Circa principium*. 4. m.

D. Hie-

D.Hieronymi Epistolæ fol.m.
Item alterum Volum.fol.
Nicolaus de Lyra in Genesim.fol. m.
Nicolai de Lyra Quæstio contra Iudeos.
Isidorus de Imagine Mundi.
Albertus Theutonicus de natura Loci fol.ch.
Glossa Interlinealis Vol.II.
Postilla Mag. Vgonis de S.Iacobo f.m.
Postilla continua in S.Matthęum. f.m.
Petri Lombardi liber Sent. Theol. f.m.
Figure Fr. Antonij Rampazoli de Ianua Ordinis Eremitanorum f. m. cum miniaturis. Alterum exemplar absq; miniaturis optimè scriptum.f.m. Incipit: *Religiosis Viris in Christo dilectis*.
Gregorius de Arimino in lib.Sent. Incipit. *Circa prolegum*. Definit.*explicat lectura Primi Sententiarum edita à Fr. Gregorio de Arimino Ordinis Fratrum Eremitanorum S. Aug: qui legit Parisius Anno Domini 1344:* f.m.vet.
Volumen Alterum Gregorij de Arimino in lib.Sent.f.m.
Summa Henrici de Gandauo.f.m. Incipit: *Quia Theologia:*
Gulielmus Ocham in Lib: Sent: f.m.
Psalterium D.Hieronymi:
Iosue, Iudit, cum glossis.
Macchabeorum D. Lucæ D.Pauli Epistolarum liber eleganter conscriptus. f.m.
Expositio in D.Marci Euangeliū, & alia. Vol.2.
XII. Prophetæ Minores glossati: f.m:
Expositio S.Gregorij per Ezechielē. Exempl.2.f.m.
Item in Iob.f.m.
Moralia eiusdem.f.m.
secunda pars f.m.
Homiliæ eiusdem B. Gregorij. f. m.
Liber IV. Sent: Richardi de Media Villa. fol.m.
Alterum.fol.ch.
Richardi Archiepiscopi Hiberniæ Primatis Dialogus. Incipit. *Reuerendis in Christo Ricardus Radulphi Archiepiscopus Armachanensis Hibernia Primas per gratiam, &c.* f.m.
Liber Salomonis, Parabolę, Cantica, & alia.fol.m.
In lib. Sent. Venerabilis Doctoris Aloye Ordinis Fratrum Minorum fol m. Quæstio prima. *Verum eadem obiecta possint esse simul credita & scita ab eodem intellectu.* Incipit. *Quia negantes*.
S.Isidorus in Nouum, & Vetus Testamentum.
Summa de Vitijs, & Virtutibus:4. m.
Concordantiæ Bibliæ.4.m.
Matthæus glossatus. Vol. duplex.
Breuiarium Vetus.ch. fol,
Tractatus varij & primùm super Cantica.
In Quartum Sententiarum.
Epistola Rabbi Samuelis.
Sermones de Assumptione B.V.
Tractatus de Symbolo.
De Translatione rerum ab vna in aliam.
DuncKlspul de partibus pœnitentię.
Tractatus de dilectione Dei, & proximi.
De Decem pręceptis.
Expositio in parabolis.
Expositio Sacræ scripturæ. Incipit. *Nec omnia*. f.m.
Fr. Petrus Carnotensis in Epistolas D. Pauli, f.m.
Fr. Ægidius Romanus in Primum Sent.f.m.
D. Chrysostomus de reparatione lapsi.8.m.
Beda Præsbyter in Lucam. f.m.
Summa Gulielmi Altisiodorensis de Fide.f.m.

Fr.

Fr. Augustinus de Ancona super Matthæum f.m.

Richardus de media Villa fol.m.

Expositio Bedæ in Tobiam. 4.m.

Beda in Cantica f.m.

Item D. Bernardus in eandem f.m.

Ezechiel glossatus f.m.

Pentatheucum, & Deutoronomiũ cum glossis. f.m.

Ecclesiastes cum glossis, præmisso Indice verbum Hebraicorum in Apocalypsi f.m.

Genesis f.m. Item cum Glossis. f.m.

Isaiæ glossati geminum exempl. fol.

Epistolæ Canonicæ, & Apocalypsis glossatæ f.m.

Epistolę D. Pauli glossatę f.m.

Euangelium Matthæi glossatum. 4.m.

Ezechiel, & Daniel glossati f.m.

Liber Regum cum glossis f.m.

Genesis egregio charactere. f.m.

Quæstiones Nicolai Tinchelsprel in 4. Sent. 4.m.

Distinctiones Fr Nicolai de Goerrau 4.m. *Sed ego puto de Gorran. cuius meminit Plinius Germanicus, qui citat hunc librum: Distinctiones rerum Theologicarum*. Exempla 2.

Introductio ad Sacram Scripturã vel de quatuor causis eius. Incipit. *Quod nos semper addiscere* 4.ch.

D. Bonauentura in *Primum* Sent: in 12.ch.

Collationes Patrum 4. m. Auctor Cassianus. *Aduersus hoc opus D. Prosper S. Augustini præcipuus Imitator scripsit libros sub titulo aduersus Collectorem.*

S. Cyprianus de habitu Virginum in 8.m.

Quodlibeta Ægidij, & Iacobi *Viterbiensis* f.m.

Quartus Sententiarum. *Samaritanus*. f.m.

Conciones in 4 ch. vet. Vol. II.

Quadragesimale Anonymi. Incipit. *Se quod huomini alteri* in ch. 4.

Quadragesimale. Incipit *Qual sia stragura, &c.* ch. 4.

Conciones Aduentus. Incipiunt. *Dominus Iudex noster*. 4.m.

Sermones XL. cum aliquibus collationibus 4.m.

Sermones super Euangelia, & Epistolas. 4.m.

Sermones de Sanctis. Incipiunt. *Sapientia Sanctorum*. 8.m.

Sermones *Aduentus*. *Ecce venit*. 4.m.

Sermones alij Aduentus. Incipiunt. *Ex Ægypto vocans filium*. 4.m.

Sermones diuersi de Sanctis. 4. ch. vet.

Conciones cum aliquibus miraculis. Incipiunt. *Aue Maria gratia plena*. 4.m.

Sermones festiui Anonymi. f.m.

Sermones Giberti digni. f.m.

Sermones Quadragesimales Fr. Iacobi de Voragine 8.m.

Item exemplaria bina Sermonum eiusdem. 4.m.

Sermones doctrinales Fr. Iacobi Ianuensis Ordinis Prædicatorum. *Sem. Hic est Iacobus de Voragine, qui fuit Episcopus Genuensis, & scripsit Historiã Genuensium quæ M. S. exstat in Bibliotheca eruditissimi Viri Iacobi Gaffarelli. Præsulis Sigoncia Eius laus est, quod primus omniũ Sacra Biblia in Italicam transfuderit lingam Sisto Senensi teste.*

Sermones Festiui totius Anni collecti ex diuersis f.m.

Sermones de Pœnitentia à Fr. Petro de Ieremia de Sicilia Ordinis Fr. Prædicatorum f.m.

Sermones de mortuis per Fr. Nicolucium de Esculo Ordinis Prædicatorum S. Dominici scripti Anno 1385.

Sermones Gilberti nouissimi.

Sermones Fr. Guidonis de Aretio Ordinis Eremitanorum fol. m.

Sermones ad Status Fr. Gilberti

de

de Tornaco Ordinis Fr. Minorũ.f.m.

Quadragesimale Fr. Iacobi Zanella. Anno 1578.

Psalterium à *Mag.* Petro Nouariensi compilatum. Donum Simeonis de Ianua Canonici. 1308.

Sermones *B.* Bernardi f.m. Exempl. II.

Sermones. Incipiunt. *Sincera charitatis* f.m.

Sermones Fr. Aldebrandini de Tuschauella.4.m.

Eiusdem Sermones festiui.f.m.

Liber Sermonum & Collationum Patrum.4.m.

Sermones S.Leonis Papæ.f.m.

Iacobi de Voragine Serm.

Sermones Fr. Augustini Esculani Ordinis Eremitanorum ad instantiã Scholarium eiusdem Ordinis in Studio Patauino.1294 4.ch. vet.

Sermones S.Io: Oris aurei, & aliorum Patrum.fol.m.

Item eorundẽ Homiliç fol.m.

Solemne Opus Quadragesimale Fr.Phillipi de Monte Calerio Ordinis Fr. Minorum fol.ch.vet.

Sermones Quadragesimale Fr. Antonij Parmensis Ordinis Prædicatorũ 8.m.

Quadragesimale Mag. Francisci Clodiensis 4.ch.

Sermones festiui Fr. Mag. Simonis de Cremona Ordinis Eremitanorum f.m.

Postilla super Euangelia Dominicalia totius Anni.

Francisci de Alfe de Ciuitate Asensi de Ordine Fr. *Minorum.* f.m.

Sermones Fr. Antonij Parmensis.

Seminarium Quæstionum Sententiarum.4.s.

Legendæ abbreuiatæ.4.m.

Prognosticon de futuri seculi prouidentia editum à Iuliano Toletanæ sedis Episcopo lib.III. fol.m.

Quæstiones Ægidij in primũ Sent.

Tractatus de Virtutibus moralibus Fr. Henrici f.m.

Lectura super primum, secundum, & tertium Sententiarum Mag. *Bosem* blantis de Padua fol.m.vet.

Manipulus florum.fol.m.

De gratia, & affectibus eius. Anonymi.4.m.

Confessionale Mag. Henrici de Virimania Ordinis fratrum Eremitanorum 4.ch.1460. scriptum.

Summaria Biblica verso Hexametro tradita.fol.m.

Expositio super Tractatum, qui vocatur de tribus potentijs, compilata à Mag. Angelo de Fossambruno 1470: die 27. Iulij.fol.ch.vet.

Fr. Vgo super Sententias fol. m.

Compendium Theologiæ Ægidij. 4.m.

Glossarium Fr. Ioannis Quaye Ordinis Minorum oriundi de Parma f.m. extat huius alterum exemplar in Bliotheca Sancti Antonij *Pl.* 19.

Distinctiones Fr. Nicolai de Gorran.f.m.

Iustificatio ex Augustino ch.

Paulus Orosius aduersus Paganos. 4.m.

Concordantiæ Biblicæ.4.m.

Postilla Sapientiæ Fr. Roberti Holkoth. Ordinis Prædicatorum.f.m.

Liber de consideratione *Bernardi*, & meditationes eius.

Elucidarium ex lib. D. *Aug.* f.m.

Deriuationes Magnæ Vgutionis.f.m.

Concordantiæ *Bibliæ*.fol.m.

D.Hieronymi Epistolæ quædam.

Distinctiones *Beardi* Badaleri Parisiensis.4.m.

De Modo abiurandi hæreses Libellus 4.ch.

Scotus in Quartum Sent. f.m.

Paulus Venetus in 12. Metaph. scriptus 1434.f.m.

Lectura Fr. Durandi super secundũ & tertium Sententiarum.f.m.

Fr. Antonij Rampazoli de Ianua Ordinis Eremitanorum. *Religiosis Viris in Christo dilectis.* f.m.

Sicchonis Polentoni liber Confessionis

fionis Christianæ ad Petrum Donatũ Episcopum Patauinum.4.m.

Apologeticus S.Gregorij Naxianzen..f.m.

Expositio Mag. Christophori. - - - - Patauini in Epistolam ad Galatas. An. 1540. fuit Generalis Ordinis Eremitanorum.4 ch.

Item in Epistolas ad Corinthios.

De Prædestinatione & Reprobatione Libellus Anonymi. Incipit. *De diuersitate Prædestinatorum* . caput. 1. *Certissimum est*.4.ch.

Collectanea ex Ægidio.f.ch.

Lettioni supra l'Apocalipsi. 4. ch. Anno 1614. de Fr. Augustino Minato Padouano Eremitano.

Del mirabil artificio della Giustitia d'Iddio.4.ch.

Fr. Ioannes à Gorna Iesuita in Psalmos.4 ch.

Mag. Aloysij Alberti Patauini Ordinis Eremitanorum Lectiones in Sacram scripturam, habitę in Gymnasio Patauino; sed libellis x. imperfectæ, vt pote.

In Epistolas Pauli.

De Veritate Christianæ ~~Religio~~nis Præludium An 1610.

Cur sacra scriptura in scholis recepta sit? Præludium 1614.

De Charitate, & aliæ huiusmodi lectiones.

Poetæ.

Publij Nasonis Epistolæ 4.m.

Virgilij Æneis cum glossis fol.m.

Publij Ouidij Fastorum liber. fol, m.

Virgilius in 4.menb. *Fuit Guerini Veronensis Viri cl.*

Expositio Fr. Nicolai de Treueth de Ordine fratrum Prædicatorum super Tragedias Senecæ. *Hanc in Bibliotheca omisit Gesnerus, qui istius in Declamationes Senecæ expositionem adducit*.

Quinti Horatij Flacci Odæ.4.m.

Vetustissimus liber etrnscorũ carmina.m. Incipit. *Non per trar targlo sa affanni ch'io sofersi*. In fine: *Expletus est liber Dictamondi dignissimi Professoris Facij de Vbertis de Florentia*.f.ch.

Philodochos Fabula. Incipit. *Non diu temporis*. 8. m.

Historici.

Vitę Sanctorum Volumen ingens, in quo extant Vitæ S.Danielis, S.Prosdocimi, S. Iustinæ. Item de Inuentione corporis S. Iustinæ, & de Incendio Ciuitatis Paduæ.fol.memb.

Vitæ Patrum, *Voraginis* 4.m.

Itinerarium Fr. Hieronymi Scripandi Archiepiscopi Salernitani Ordinis Heremitarum in legatione Regni Neapolitani apud Cęs. Carolum IIII.à fratre Iacobo Patauino eius secretario scriptum etrusco idiomate. 4.ch.

Historia Egesyppi. fol.m.

Vitæ Patrum.8.m.

Vltima Decas T. Liuij de bello Macedonico fol.m Incipit. *M. quoq;*.

Fragmentum Historię Lombardorum.

Vita S. Francisci.8.m

~~Ruffini Presbyteri~~ Aquileiensis Ecclesiastica Historia.fol.m. Incipit. *Peritorum dicunt esse Medicorum*.

Vitæ Fratrum per Iordanem de Saxonia Ordinis Eremitanorum: Incipit. *Spiritualis pulchritudinis*.fol. m. 1450. Iunij.

Liber de nouo mundo compilatus à Fr. Simone de Bononia Ordinis Eremitanorum.

De nouo Rege Salomone 4. m.

Vita S. Patrum Iacobi de Voragine. fol.m.

Palmerij liber de Temporibus 4.c.

Historia tripartita ecclesiastica ab Epiphanio scholastico translata cum prologo Cassiodori. fol. m. *Hæc est tripartita Aurelij Cassiodori ex libris Socratis, Theodoreti & Sozomeni confecta de qua meminit Bellarminus de Hist. Ecc. & alij*.

Isidori Etymologicum.fol.m.

Prima

Prima pars Speculi Historialis Fr. Vincentij, cuius primum caput. De causa. *Quoniam multitudo librorum* m.f.

Secunda Pars Speculi Historialis. f.m.

Liber Chatolicon. *Quem donauit Conuentui Paduano in Vita sua Venerabilis Pater Fr. Thomaus de Plebe Ordinis Eremitanorum Parisiensis lector sub Anno* 1394 fol m.

Historia Scholastica Petri Comestoris hoc titulo. Liber Historiarum. Initium eius tale. *Reuer. Patri & Domino suo Gulielmo Dei Gratia Genuensi Archiepiscopo Petrus Seruus Christi presbiter Trecensis vitam bonam & exitum bonum.* fol.

Liber Ruralium commodorum à D. Petro de Crescentijs Ciue Bononię 4.m.vet.

Virgilij Laudatio à Vincentio Cōtareno. Anno 1593. fol.ch.

Liber Dursei, qui primo naues inuenit & nauigare cępit. Incipit. *In uenta fecuit primus qui mare prodū Et rupibus remis solicitauit aquas,* desinit.

Pars stupefacta silet pars nondum exterita latrat. fol.m.

Ægidius de Regimine Principum fol.m. Item alterum exemplar.

Philosophici.

Ægidij in Physica. fol. m. Exemplaria 2.

Eiusdem in lib. de Anima fol. m. exemplaria duo. Item in 4. m.

Liber de Causis & proprietatibus Elementorum. Incipit *Quandoquidem scire & intelligere contingit &c.* fol.m.

Primus Physicorum, & Parua Naturalia Aristotelis. fol. m. vet.

Physica Aristotelis cum Com. Anonymi. f.m.

Tullius de Amicitia & Senectute. f.m.

Textu Physicorum cum glossis. 4.m;

Liber Ethicorum Aristotelis. 4.m.

Boetij de 4. consolatione. Exempl. II. fol. m. & fl. m.

Ambrosij Floridi pręlectiones in lib. Post. 4. ch. Item in lib. de Gen. 4. m.

Logica Ocham. 4.m.

Grammatica Anonymi, fol.m.

Angeli Aretini Ordinis. Eremitarum Logica. f.m.

In Ethicam Aristotelis D. Thomas. f.m.

Leonardi Montagnæ Secretaij Apostolici Institutū sectandi Christianam Philos. etrusco carmine.

Laudatio Principis Borsij Estensis cum titulo latino: reliqua Idiomate Italico.

Trattato delle quattro Virtu Cardinali in 4. ch.

Organum Aristotelis. fol.m.

Problemata Aristotelis fol. m. vet.

Boetius de Consolatione Philosophica edita à Fr. Nicoleo Treueti Anglico Frattum Ordinis Prædicatorum Theologiæ professore. fol. m.

Summa Naturalium Reu. Artium & S. Theol. Doctoris Mag. Pauli de Venetijs Ordinis Fr. Prædicatorum. Anno 1437. Mense Martij cuius frōtispicium cum miniaturis elegantissimis spectatur:

Scriptum Pauli de Venetijs in lib. Post: Aristotelis. f.m.

Summa Naturalium eiusdem. fol. m.

Logica eiusdem. fol. ch.

Eiusdem Com. in lib. de Gen: miniatum elegantissimè. f.m.

In lib. de Anima Com. eiusdem. f.m.

Suphismata Hesben: fol.m.

Com. in Physica, & Metaphysica Aristotelis. fol.m.

Com. in Physicā Aristotelis. Incipiunt. *Quoniam omnis doctrina.* fol. memb.

Com. in lib. de Cęlo, & Mundo, Anonymi. fol.m.

Ethica & Politica Aristotelis. fol. memb.

Ethica. fol. m.

Opusculum de Substantia Orbis. 4. m.

Quæstiones de Generatione Magistri Marsilij Inguen de Allemania fol. m. vbi hæc adscripta: *Alij verò dicunt fuisse Anglicum, primum Heydelbergensis Gymnasij plantatorem, qui flo ruit. 1394.*

Ægidius Romanus Ordinis Eremitanorum super Rhetorica Aristotelis. Incipit. *Quia qualis vnus quisq;*. fol. m.

Dictionarium Latinum. fol. m.

Logica Mag. Leonini de Padua Ordinis Eremitanorum S. Paginæ Professoris. *Qui liber erat paratus ad vsũ Botèblantis & Bonauentura de Padua Fratrum &c. miniatus elegantissimè.*

Francisci Philelphi ad Iacobum Antonium Marcellum Consolatio de obitu Valerij filij. 4. ch.

Iacobi Forliuiẽsis Quęstiones Philosophicæ fol. m.

Nonij Marcelli lib. de Proprietate Sermonis 4. m. & alterum exemplũ. 4. ch. veteri.

Quæstiones Logicales Anonymi. fol. m.

Quæstiones Anonymi de Cęlo, & Mundo, & in Metaphysica. fol. m.

Organum Aristotelis cum glossis. fol. m. vet.

Quæstiones Ioannis de Ianduno in lib. de Anima miniatę. fol. magno ch. scriptę per Fr. Bellinum de Padua. 1464.

Tractatus de Cognitione Animæ & Personarum editus à Fr. Augustino de Ancona Ordinis Eremitanorũ. Incipit. *Quoniam summam Phil. sensententiam*. f. m.

Prælectiones Bernardi Tomitani super primum Posteriorũ Aristotelis Anno 1552. habitæ. fol. ch.

Fr. Ioan. de Prędabissis Ordinis Eremitanorum Papiæ 1614. ch. 4. in lib. Physicorum.

Annotationes in lib. Aristotelis de Generatione & Corruptione ex publicis lectionibus Doct. Fr. Gabrielis Alberti Pedemontani Philosophiam publicè profitentis in Gymnasio Pauino. An. 1555. ch. 4.

Fr. Angeli Portenarij Ordinis Eremitanorum Com. in lib. de Generatione & de Anima profitentis Philosophiã in Gymnasio publico 1601. f. *Huius meminit ipse in lib. suo, quem inscripsit, Felicità di Padoua.*

Ethica Aristotelis cum Miniaturis. fol. ch. Incipit. *Omnis Ars, & omnis Doctrina.*

Mag. Mathæus in lib. de Gen fol. ch. vet.

Prælectiones Ambrosij Floridi in Logicam. 4. ch.

Collectanea ex Ægidio. fol. ch.

Quæstiones Ordinariæ Tomitani in lib. Post.

Dialogismus de Chirosophia naturali Ambrosij Floridi Patauini fol. ch.

Iuridici.

Gothofredi Quæstiones. fol. m. vet.

Constitutiones Regularium 4. m. vet. 1349.

De Pœnitentia Anonymi. fol. m.

Breuiarium Extrauagantium. Vol. 2. fol m.

Recollectæ Dominici de S. Gemiņiano super primum Sexti. fol. ch.

Prima Pars Innocentij. f. m.

Regula S. Benedicti Abbatis. f. m.

Speculum Iuris Gulielmi Durandi Episcopi Miniacensis.

Sext. Decretalim. 4. m.

Summa Casuum Conscientiæ. Fr. Ioannis Lectoris Ordinis Prædicatorum, siue Summa Confessorum. f. m.

Summę Fr. Raimundi.

Summa Goffredi in 8. m. Item in 4. m.

Ioan-

Innocentius cum glossis. fol. m.
Institutiones Imperatoris cũ glossis. fol. m.
Confessionale S. Antonini de Florentia. 4. ch.
Summa Confessorum. m. fol.
Codex Iustiniani cum glossis. fol. m.
Summula S. Bernardini ex dictis Fr. Nicolai de Ausimo. fol. m.
Tractatus super decem Legis præcepta Fratris Aldibrandini de Tuschanella Ordinis Fr. Prædicatorum. 4. m.
Volumen alterum. 4. m.
Compendium Summæ Raimundi fol. m.
Codex Iuris. fol. m.
Ordo Iuridicus Ægidij Doctoris Decretorum secundùm consuetudinem Bononiæ in foro Ecclesiastico, 4. m. vet.
Antonius de Butrio in IV. Decret.
Franciscus Zabarella de Arbore Consanguinitatis.
Ant. Andreas in 4. Decret. fol. m.
Vlpianus. f. m.
Summa Pauli Prædicatoris. 8. m.
Decretalia cum glossis. f. m.
Directorium Iuris f. m.
Quodlibeta Iuristarum Fr. Vberti de Cesena Decretorum Doctor. f. m.
Summa de Casibus Conscientiæ Fr. Bartholomæi de Pisis. fol. m. miniata.

Mathematici.

Euclides cum Comment. fol. memb. 1442.
Ioannes Præsbyter Bartholomæo Canonico Prontino de Genesi vnius puellæ.
Epistola eiusdem Iulio II. Incipit. *Præclarè scriptum*, Finit *Pridiè Kalendas Iulias* 1505.
Arsenius Sancetus Proton: Apostolicus & Camerarius Ioanni Præsbytero.
Eiusdem Responsio in 4. ch.
Tractatus Quadrantis, & Geometriæ. 4. menb.
Liber Introductorius ad Iudicia stellarum editus à Guidone Bonato de Forliuio Magistro in Astrologia. Incipit. *In nomine Domini*, &c.
Tractatus de electionibus secundũ dicta sapientum. Incipit. *Cum post Institiam*. fol. m.
Comment. facile super Theorias Planetarum Purbachij Astronomi. Fr. Antonij Floridi. fol. ch.

Medici.

Decisio prima de Vniuersis ęgritudinibus.
Galenus. fol. m.
Constantinus Aphricanus de Febribus. 4. m.

BIBLIO-

BIBLIOTHECA D. MARIAE

MONTIS ORTONI.

SEPTIMO ab vrbe Patauina lapide B. Virgini dicatum est Fanum, frequenti populi concursu celebre: quod habitant D. Augustino nomen professi Patres. Hic in Bibliotheca editis libris mediocriter instructa pauci è multis calamo exaratis hodiè supersunt

CICERO de Oratore in ch. fol.
SOLINVS in 4. ch.
VALERIVS Maximus, fol. ch.
FLORVS in memb. fol.
SERMONES S. Augustini in 4.
GLOSSARIVM vetus latinũ Magistri Ebrardi Bituricensis fol. ch. incipit. *Quoniam Ignorantia* &c.
HISTORIA Anonymi. memb. fol.
Recollectæ in Decretum. Incipit. *Continuatio sumi potest.* fol. ch.
CONSTANTINVS de Vrinis. fol. m.
TERENTIVS in ch fol.
HISTORIA Scholastica. Incipit. *Reuerendo Patri Domino nostro &c. Petrus Seneus* Christi *presbiter Trucatis.* fol m. est Petri Comestoris.
DIADEMA Monachorum. ch. fol.
Summa de Sacramentis & Virtutibus *Initium deest.* f. m.

BIBLIOTHECA
R.R. CLERICORVM
REGVLARIVM, QVI VVLGO THEATINI.

PVLCHERRIMA sinè est Bibliotheca RR. Patrum Theatinorum structura, Imaginibus, & frequentia librorum typis editorum: quam pia ipsorum cura quotidiè auget nouis Codicibus. Locupletata plurimùm ea fuit Anno MDCXXV. munificentia v.cl. Pauli Benij, qui testamento suam Bibliothecam, suasq; Meditationes ei ascripsit. Pauci Codices M.S. hic videntur.

IN II. Magistri Sent. Lib. Quæstiones. Vol. II. in 4. ch. incipiunt. *Præmissa natione, & protestatione.*

In Primam, & Secundam partem D. Thomæ. Vol. 2. 4. Quorum est initium. *Animaduertendum est Theologiam, &c.*

In Primam Secundæ D. Thomæ, & de Trinitate, ac de Angelis Vol. I. 4. ch. incipit. *Tripartita fuit à D. Tho.*

In Secundam partem D. Thomæ. Vol. I. in 4. Anonymi. incipit. *Pro tituli exeplicatione Notandum, Angelum aut a natura spiritus.* dicitur ch.

In D. Thomæ Quæst. XIV. Vol. I. in 4. ch. Incipit. *D. Thoma Sacram Theologiam diuidit.*

De Sacramentis Anonymus. ch. 4. Incipit. *Sacramentorum abditos ac penetrales.*

De Prædestinatione, & de Sacramẽto Eucharistiæ Vol. I. 4. in ch.

Tractatus de Actibus humanis in primam secundæ D. Thomæ in 4. ch. Incipit. *Deus ipse Optimus Maximus,*

De Incarnatione Anonymi in 4. ch. Incipit. *Deuenimus Deo adiuuante.*

Expositio in Libros Aristotelis de Generatione &c. In 4. ch. Anonymi.

Expositio in Aristotelis Libros de Anima Vol. I. in ch. 4.

Expositio in Logicam Aristotelis Anonymi in 8. ch.

D. Alexandri Maffei Veneti clerici Regularis Com. in Logicam Aristotelis. in 4. ch.

Eiusdem Comm. in VIII. Physicorum: Item in lib. de Gener. & Corruptione: In lib. de Cœlo, & de Anima. in 4 ch.

Eiusdem in Primam Partem D. Thomæ à Quæstione prima vsq; ad XIX. in. ch. 4.

Eiusdem de Prædestinatione, De Angelis, & de Actibus humanis. Vol. I. in 4. ch.

Eiusdem de Gratia, & de Sacramẽtis in.

cis in genere. 4. ch.

Bernardini Tomitani Pat. Expos. in lib. Posteriorum. 4. ch.

Eiusdem Expositio in Aristotelis Prædicamenta. in 4. ch.

Eiusdē in lib. Poster. Recol. vol. I. 4. c.

S. Antonini Tractatus pro Confess. in 8. in membr.

Leonis Casalis Ariminensis Clerici Regularis Tractatus de Vsuris Iudęorum. fol. in ch.

Decisiones Casuum Conscientię D. Leonis Casalis fol. ch.

Gabrielis Gambari Quadragesimale. 4. ch.

Eiusdem Sermones XLV. in Psalmum *Beati quorum*, &c.

Concetti Scritturali dell'Istesso.

Eiusdem Com. in Danielem, & Ionam imperfecta. 4. ch.

Pindari Olympia Gręcè in memb. in 8.

Procli Theologia Grecè. fol.

Amasij Theologia Græcè. fol.

Paolo Beni Discorsi Politici e Naturali in fol. ch.

Dell'Istesso della Veneta Libertà in fol. ch.

Dell'Istesso Orationi al Sig. Cardinal Vendramino nel visitar il corpo di S. Fedeatio Martire Protettore di Montagnana.

Eiusdem Bibliotheca.

In Algebrā Annotationes Anonymi. fol. ch.

XIX. Tabulæ P. Clauij. in fol. ch.

Geometria Clauij. fol. ch.

In Problemata Euclidis. fol. ch.

Tabulæ Sinuum Tangentium.

Del Modo di far Horologi. f. ch.

Extat in Cęnobio S. BENEDICTI Nouelli Bibliotheca libris editis referta, constructa præteritis annis à Nicolao Oddo Pat. Abbate illius loci in qua M.S. nullum præter Opuscula Etrusca D. Bernardi Siluatici quondam fratris Præcl. Equitis D. Benedicti.

Apud Athestem in Cœnobio Carcerum à P. D. FVLGENTIO Atestino Abbate Bibliotheca insignis cepta: in qua solum Volumen Epistolarum M.S. Petri Delfini videtur.

BIBLIO-

BIBLIOTHECÆ PATAVINÆ PRIVATÆ.

IN MVSEO

Viri Nobilissimi D. D. BENEDICTI SILVATICI Equitis ac Medicinæ Practicæ Professoris Primarij, liberalitate ipsius cum insigni numero optimorum Iurisconsultorum editorum in publicam Gymnasij Bibliothecam iam pridem à Serenissima Rep. Veneta institutam translati, XXXIV Voluminibus extabant.

I DE Papæ & Concilij Auctoritate, seu Defensorium Fidei Ecclesiasticæ, Roderici Episcopi Zamorensis An. Domini 1467. Pontificatus Pauli Papæ II. An. IV. In 4. ch.

Petri Ioannis Quæstiones, eiusdem argumenti. pag. 138.

Item, Io. de Casa noua Cardinalis S. Sixti Tractatus. p. 155.

De Creatione Cardinalium Tractatus, siue conclusio R. P. D. Dominici de Dominicis Veneti, Episcopi Brixiensis, olim Torcellani. p. 1.

Decreta Concilij Constantiensis de eadem re. p. 18.

II Epistolæ Vrbani V. & Clementis IV. fol. ch.

III Octaua Oecumenica Synodus Hadriani II. PP. historico stylo deprompta; auctore Anastasio Abbate & Apostolico Bibliothecario. fol. ch.

Apparatus Cardinalis S. Sixti, de Turrecremata vulgariter nuncupati, super Decretum unionis Græcorum.

IV Decretalium Lib. XIII. Incerto Auctore. *Nonnullis videntur esse Brocardi Episcopi Vormatiensis*. 4. ch.

V De ordine Generalium, siue Oecumenicorum Conciliorum, & comprobatione Sanctæ unionis Ecclesiarum, auctore Fantino Archiepiscopo Cretensi Apostolicæ Sedis Legato Ann. M C C C C XLII. ad Eugenium IV. in 8.

VI Idem in folio. ch.

Accedunt, Decretum Eugenij Sanctæ Vnionis Ecclesiarum, Latinè conscriptum.

Subscriptiones Patrum Occidentalium in Sacro Decreto prædicto, & alia eiusdem notæ.

VII. IIX Declarationes quorundam Decretorum Concilij Tridentini To. 2. in 4. ch.

IX De Censuris Ecclesiasticis Martini Farnesij è Societate Iesu. 1579. In 4. ch.

X. XI. XII. XIII. & XIV Expeditionũ in varijs Causis Tom. V. fol.

XV Sylua Titulorum, & Capitum Variorum Iuris. fol.

XVI Lecturæ Variæ, Tiberij Deciani, Iacobi Cuiacij, Discaltij, Matthæacij & aliorum ad tit. *de rebus creditis. si certum petatur* Tom. VII. fol.

XVII Hieronymi Campi S. Petri Lecturæ Criminales. fol.

XVIII Stephani Ioannis de Bononia Floriani super Sextum Decretalium 1429 fol.

XIX Francisci Ripæ super Rub. C. de Colendo 1534. Ticini. fol ch.

XX Andreæ Alciati Lectura 1535. Ticini. fol.

XXI Petri Pauli Parisij in Leg. Ita stipulatus de Verb. Oblig Bononiæ An. 1534. fol.

Item ad Rub. & L. 1. ff. de sol. Matrimonio Bononiæ eod. Anno.

Item Gribaldus in L. Ita stipulatus.

Fran-

xxii Francisci Manticę Lecturę Ciuiles matutinæ 1581. fol. ad Rub.
Item de rebus creditis &c. fol.
Item Menochij ad Legem. Frater à Fratre, ff. de Conditione Indebita.
Item Lectiones eiusdem An. 1586. sine Concurrente.
xxiii Io: Cephali Lecturæ Vespertinæ 1578. fol.
xxiv Guidi Panciroli Lecturæ Vespertinæ 1585. in 4. Item 1587. in fol. Item Tractatus Stipulationum Ann. 1585. mutilus.
xxv Buccaferri super Rub. C. qui admitti ab bon. possess. possunt. fol.
xxvi. xxvii. xxviii. xxix Lecturæ Matutinæ Ottonelli Discalcij Tom. iv fol. *Tomus autem Vnus videtur etiam Iacobi Feleoni*.
xxx. xxxi. xxxii Bartholomæi Sylvatici Equitis & Consultoris in Iure Serenifs. Reip. Venetæ, Relectiones in primum & secundum Decretalium Ann. 1600. 1601. 1602. Tom. iii. fol.
xxxiii. xxxiv Io: Baptistæ Siluatici Equitis Bartholomæi filij, Lecturæ feudales 1600. & sequentis eiusdem lecturæ super Decretale. Vol. ii.
Hoc ipso in loco seruantur, quæ typis parauerat Cæsar Cremoninus Peripateticorum decus.
Sunt & hic Bartholomæi Soueri Friburgensis Helueti pridem eruditiss. Mathematici in Gymnasio Patauino aliquot diuersorum MS.
Præter enumeratos modò Codices habet domi suæ Cl. SILVATICVS.
Antonij Musę Brasauoli Medici Ferrariensis Commĕtaria in Aphorismos Hippocratis manu auctoris. Incipiũt; *Non possum non valdè lætari*. Desinunt; *In corpore cor est*. Vol. i. ch.

IN MVSEO

LAVRENTII PIGNORII *Philologi Cl. Libri MS à nobis in eius vita pridem diuulgati, qui ex testamento in Illustrissimi Dominici Molini Senatoris Veneti Bibliothecam transierunt.*

T. Liuij prima Decas.
Horatij Carmina scripta characteribus Longobardicis ex mŭnere Cl. Viri Nicolai Grassi S. C.
Ouidij Metamorphosis ex munere Cl. V. Ioan. Bonifacij Historiarum Scriptoris.
Virgilij Bucolica cum Notis, qui Codex fuit primum Bernardi Bembi, deinde Petri Bembi Cardinalis.
Eiusdem Libri Æneidos, item cum glossis, qui fuerunt Modesti Polentoni Sicconis filij, & Petri Bembi Card.
Vita Virgilij auctore Seruio Honorato Grammatico.
Ciceronis Topica cũ Cõm. Boetij.
Boetius de Consolatione Philosophiæ.
Vitruuius de re ædificatoria.
Pomponius Mela.
Apicij Cœlij Epimeles.
Fragmenta Asconij Pediani, & C. Valerij Flacci ex editione Poggij.
Prudentij Diptychon.
Sortes Apostolorum, & Commodianus, auctor antiquissimus. Liber à Iacobo Sirmundo Eruditissimo Theologo manu propria descriptus, & dono datus.
Notitia Vrbium Variarum incerti

Auctoris, ex Isidoro & alijs.

Io. de Rauenna Opera.

Epistolæ Petri de Vineis & aliorũ, è quibus aliquot transtulit in sua monumenta Vir Cl. Sebastianus Tengnagel edita Ingolstadij anno M DC XII.

Summa Artis vulgaris dictaminis auctore Antonio de Tempo Iudice Patauino. *exemplar in auo.*

Clarorum Virorũ Epistolæ ex munere amicissimi Viri Hieronymi Aleandri.

Iesuida, & Carmina Hieronymi de Vallibus Patauini.

Capitula de Amore & Dilectione Dei, & proximi, Albertini Iudicis Brixiensis.

Clarissimi Viri Guarini Veronensis ad Ludouicum de Gonzaga illustrem Mantuæ Marchionem de Diphthongis Compendiolum, cum Valerio Probo de Notis Antiquorũ, & Aldo Manutio ad Christophorum Fulginatem de Diphthongis Græcis.

Andreæ Nauageri Carmina.

Capitula Mineralium.

Vita Senecæ auctore Franc. Petrarchi.

Historię latinę scriptores cum Censura Caroli Sigonij.

Com. in Persium, & Iuuenalem.

Albertini Mussati Eccerrinis.

Francisci Barbari de re uxoria.

Ioan. Iouiani Pontani de Fortuna ex autographia. P. Bembi.

Inscriptiones antiquę Vrbis & agri Brixiæ.

Francisci Pamphili Sancto-Seuerinatis Picœni fragmentum.

Pomponij Læti autographum in Quintilianum, Martialem, & alia eiusdem.

De machinis haustorijs incerti Auctoris Fragmentum.

Ludouici Lalarelli de apparatu hastiludij Patauini fragmentum.

Oratio Io. Baptistæ de Adrianis ad Ducem Augustinum Barbadicum.

Statij Thebaides.

Logica Pauli Pergulensis; *cuius opus Pignoriorum imago essysa visitur.*

Dantis Tertij Aligeri Panegericus ad Franciscum Diedum Veronæ Prætorem.

Matthæi Palmerij Chronica.

Tranquilli Molossi Cremonensis Carmina.

Bartholomæi Fusci Leonici Veneti de Thomeis Carmina.

Publij Augusti Gratiani Vtinensis Odarum, seu Hymnorum Liber. *cuius imaginem in Icono-theca Pignorius asseruat.*

Farrago Carminum, Orationum, Epistolarum nou-antiquarum.

Capitulare Ecclesiæ S. Marci, Auctore Nicolao Morauio.

Vita Beatæ Eustochij.

Prouinciale Romanum.

Ioannis Sancto-Martini Medici Vicentini de Vinorum commixtione.

Iacobi Cuiacij Dissertatio in Titulum de Pactis.

Multi præterea hic sunt Codices impressi cum Notis doctissimorum Virorum manu scriptis.

Item Opera Ciceronis duob. Tom. ex Bibliotheca Caroli Quinti Imp.

Volumen Epistolarum variarum Autographum

A. Matthioli.

C. Clusij.

R. Dodonei.

G. Bauhini.

Torquati Tassi &c.

CODICES GRÆCI.

Glossarium.

Homeri Batrachomyomachia.

Orphei Hymni.

Aristotelis Rhetorica.

LINGVIS VERNACVLIS scripti.

Le Origine delli Longobardi.

Croniche della Citta di Parma.

Cronica di Este.

Cronica di Frate Martino.

Le

Le Inuentioni antiche, & moderne di Guido Pancirolo.

Fragmento d'Historia di Papa Alessandro, donato dall'Eccell. Sig Gio. Bonifacij con figure antiche.

Compendio delle Nauigazioni del Rhamusio. & altre cose.

Di Leon Battista Alberti Inuentioni diuerse.

Viaggio di S. Carlo alla Santa Sindone, & Inuentione del Corpo di S. Stefano Protomartire.

Varie Memorie della Religione Francescana.

Delle cose auuenute nella Creatione del Serenissimo Principe Donato.

Thesoretto di Brunetto Latini.

Theseide del Boccaccio.

Regola & modo per fare li Horologi da Sole.

Marco Antonio Sorazo delle Cifre.

Arte del Nauigare in lingua Portughese.

Regole di Monache.

BIBLIOTHECA

F*LAVII QVÆRENGI Comitis de Poiago Canonici Patauini, & Interpretis Philosophiæ Moralis in patrijs Scholis.*

Dantis Aldigherij Opera. 4. membr.

Chronicon Septem Ætatum Anonymi. 4 memb. incipit: *Cum relicta non sponte* &c. finit

Vetustius exemplar est in Museo Ioan. Rhodij, quo nos aliquoties usi.

Æneides Virgilijs in membranis 4. absque fine

Siccho Polentonus De Confessione, ad Episcopum Patauinum Petrum Donatum. 4. ch. incipit: *Leuaui oculos*; finit: *Super manum dexteram tuam.*

Epistolæ Ciceronis familiares cum varijs Lectionibus in memb. 4. *elegantissimè scripta.*

Claudianus in membr. forma longa. *Hic erat Corradij Celtis Poeta ex hac posterioris inscriptione in Frontispicio posita. Cor. Celtis Poeta sum & amicorum. Librum hunc relictum verisimile est, dum is Calphurnium docentem audiret. Cuius fuisse discipulum refert Vir Cl. Gherardus Vossius Libro 111. de Historicis Latinis Cap. x. pag. 577.*

Burlæus in Physicam Aristotelis, incipit: *Circa istam* &c. fol. ch.

Hieronymi Brassauolæ Tabulæ Logicæ, fol. ch.

Delle Lettioni Atheßtine di Girolimo Brassauola Medico Ferrarese Libri due, alla Illustrissima, e Reuerendissima Suor Leonora da Este. fol. ch.

Epistolarum Liber, Incipit. *Vltima tibi tutoria tradidi præcepta negliges tissime* &c. fol. ch. scriptus per Io. de Leugigen.

Io. Anglici de Sacrobosco Libellus de Sphæra. 16. in memb. cum figuris scitè scriptus.

Diarium Decanatus Theologorum Patauinorum ab 1423. usque 1492. in memb. 4.

Libro delle Villerecce utilità di Pietro Crescenti Cittadino di Bologna. in fine. *Ego Ioan. de Iustinopolis scripsi in Castro Iadra MCCCCLXI. die xxvij. Mensis Iulij. Iste Liber est mei Georgij Valaresso* &c.

T. Liuij Lib. x. & ultimus de Bello Macedonico distinctus in Libros, & Ca-

Capita. fol. ch. *eleganter scriptus*. In cuius Frontispicio hæc leguntur. *Capitula in nouem Libros. T. Liuij Historici clarissimi de Bello Macedonico, ordinata per Donatum Apennigenam Grammaticũ incipiunt*. in fine: *Stephanus Gandaui scripsit Anno 1449. 31. Iulij*.

Baldus super Sextum Codicis. Incipit. *Rubrica de Seruis fugitiuis* explicit *Sextus Liber Codicis per D. Bal.* ch. fol.

Corn. Hali Haben Rodoan in Ptol. Quadripartitũ scripti. Venetijs 1449. fol. ch. incipit. *Dicere & intelligere gloriosum est*. finit. *Explicit Cent. Ptolomai*.

Vita M. T. Ciceronis Autore Leonardo Aretino. *Absque fine est*. 4. ch.

Antonij Fracantiani Vicentini in VII Physicorum Com. Fragmẽtum. c.

Ioãnis Danij Venusini Canes. ch. 16.

Formulare Pœnitentiariæ. ch. 4.

Varie Imprese di Sisto V. cum miniaturis. 4. memb.

BIBLIOTHECA CANDORUM.

Rogatorum Vicum exornant in primis Candorum Ædes varioris structuræ elegantia eminentes, quarum amœnitatem auget altera parte alluentis Brenta commoditas. Olim Franc. & Antonij Virorum Clariß. ætate celebres erant frequenti eruditorum concursu & bona Librorum copia; quibus quantumuis temporum iniuria plurimum decesserit, hos tamen paucos adhuc sine cultu tineis ferè absumptos Francisci Candi benignitate mihi conspicere licuit.

Supra Ostium hæc leguntur:

BEATVS VIR QVEM TV ERVDIERIS DOMINE, ET DE LEGE TVA DOCVERIS.

Cassiodori Epistolæ in fol. memb.

Lectura Ingeniosissimi Viri Ios Bonati .... De Noui operis Nunciatione, &

Altera de Verborum obligationib. fol ch. Item de Soluto Matrimonio.

Lectiones Ioannis Cephali I. C. Clarissimi. fol. ch.

Summa Rolãdi de Bononia. fol. ch.

Lectiones M. Antonij Ottelhij Vtinensis I. C. conscriptæ à Petro Candi. fol. ch.

Allegationes Antonij de Candis I.C. & Equitis; atque eiusdem Sententiæ arbitrariæ fol. ch. Item Orationes.

Liber Antonij de Candis Argumẽtorum factorum in Collegio Patauino. fol. ch.

Repertorium Legale, eiusdem.

Matricula Collegij Iudicum.

Compendium Statutorum S. Collegij Aduocatorum Communis Paduæ fol. ch. cum Elencho Causidicorum illius æui; quorum primus erat Aloysius Discalcius.

Ray-

Raymundus de Testamentis fol.

Antonij Luschi Vincentini Secretarij Ducis Mediolani Virtutum ac Papiæ Comitis, Bononiæ, Pisarum, Senarum, Perugiæ Domini ad suum fratrem Optimum atq; Carissimum Astolphinum de Marinonibus Secretarium Magnifici Francisci de Barbarijs Inquisitio Artis in Orationibus Ciceronis.

Xichonis Polentoni Argumenta super aliquot Orationibus & Inuectiuis ad Iacobum de Aluarotis Legum Doctorem Patauinum Cl.

Epistola Xichonis Polentoni Pat. ad Nicolaum Nicoli de Inuentione T.Liuij. in fol.memb.

Epistola Lucida à Florido suo amante.

Arte del Nauigare d'Antonio Millo Armiraglio del Zante scitè scripta. fol. ch.

Horatij Odæ. 4.in ch.

Variarum Receptarum Liber. 4. char.

Iacobus Riccius de B.Virgine Lauretana. 4.memb.

Hieronymi Vicecomitis Ordinis Prædicatorum De Lamijs siue Strigis Opusculum, ad Franciscum Sfortiam Vicecomitem.4.

Leonardus Aretinus.

Pauli Pergulensis Quæstiones in Porphyrium.fol.membr.

Logica Pauli de Venetijs in 12. in membr.

Grammatica Anonymi. incipit *De Primis Syllabis*.

Euclidis Elementa.

Canones de Motibus corporum cœlestium Prosdocimi Beldemando de Padua scripti An. 1434. à Cando Artium & Medicinæ Doctore Nepote Prosdocimi Beldemando.

Boetij Arithmetica.

Centiloquium Ptolomæi fol. in memb.eleganter script.

Liber Anonymi. Incipit. *Senis fidelis patria cudendi via est.* Definit: *Æterno diues solio sapientia regnat.* 4.

Compendium Speculi D. Roberti Marantæ per Tabulas.ch.fol.

Tiberij Deciani Lectiones habitæ Anno 1573. in Rub. de Rebus cred. si certum petatur, ff.&c.ch.fol.

De Donationibus inter Virum & Mulierem Sebastiani Môticuli.ch.fol.

Bernardi Bembi Oratio in funere Marchionis Estensis pro Dominio Venetorum Imp.in Turcas.

Commentarij Anonymi in Poemata Dantis Latino idiomate vsque ad c.x1v: reliqua Etrusco sequuntur Latini in Paradisum. ch. 4.

Cômentario volgare ne i Trionfi di M.Frâcesco Petrarcha ch.4.charactere antiquo: incipit: *Aurora Filia Titonis.*

Filomena Tragedia ch.4.incerti.

BIBLIOTHECA
ZABARELLA.

Zabarellorum Familia inter ceteras Vrbis nostræ præcipua eminet, è qua longa Clarissimorum Virorum series prodijt. sed eorum recensio non est huius loci, qui destinatus Libris, quorum ex ingenti numero, quod verisimile est, pauci peruenerunt ad Eruditissimum Virum Com. Iaco- bum

hanc Zabarellam Abbatem Nepotem ex filio Iacobi Zabarellæ Philosophi Cl. Comitis & Equitis. Qui auitæ virtutis hæres eam Librorum partem à Maiorum suorum obitu dispersam, quam conquirere licuit non solùm studiosè conseruauit, sed alijs auxit, atq; in suum Museum diuersis Numis, Signis, ac Emblematis ornatum intulit.

COmmentaria à Zabarellis conscripta.

Francisci Zabarellę Cardinalis Lectura in Iure Canonico. folio char. Vol. IV. scripta per Ioan. de Voltina Paduæ Scholarem An. 1430. Die 21. Sept. cum figuris & miniaturis elegantissimis & viua Auctoris Effigie.

Eiusdem Vol. alterum in 4. scriptum Anno 1404. 18. Iunij. ch.

Eiusdem Repetitio sup. tit. de Secundis Nuptijs.

Eiusdem Repetitio super tit. de Arbore Consanguinitatis.

Eiusdem de Felicitate Lib. III. in memb. cum miniaturis, & Insignibus Cardinalis.

Hos à se diligenter emendatos in publicum parauerat Cl. Pignorius; quo defuncto ad Illustriss. Dominicum Molinum transierunt.

Eiusdem de Schismate Liber.

Eiusdem Orationes III. Prima in Obitu Franc. Senioris de Carraria. Secunda in Obitu Arcuani Buzzacarini Franc. 2. de Carraria affinis. Tertia Italicè ab ipso dicta coram Duce Veneto Ciuitatis Patauinæ nomine, cùm se Reipublicæ Venetæ traderet.

Iacobi Antonij Zabarellæ I.C. & Equitis Historia de Geneologia familiæ Zabarellæ, Auctoris manu ch. f.

Eiusdem Diarium Domesticum.

Caroli Zabarellæ Comitis Palatini Lib. III de Geneologia & Rebus familiæ Zabarellæ ch. f.

Iac. Zabarellæ Philosophi Cl. Comitis & Equitis Com. Logica & Philosophica, manu Auctoris.

Eiusdem Epistolæ, Orationes, & Poemata, lingua Etrusca, Latina, & Græca.

Iulij Zabarellæ Comitis Iacobi filij Epistolæ, Orationes, & variæ Exercitationes Mathematicæ, manu Auctoris.

Francisci Zabarellæ Comitis Dissertatio triduana in Meteor. Arist. lingua Etrusca habita Patauij in Academia Ricouratorum.

Eiusdem Carmina, & Orationes diuersæ.

Iacobi Zabarellæ Philosophi, Medici, Canonici Patauini Prælectiones Medicę, & de Simplicibus, in Gymnasio Patauino habitæ.

Ludouici Zabarellæ Archipresbyteri Patauini Historia de Origine Familię suæ ab Antonio incepta, à Carolo aucta & ab ipso finita.

Hieronymi Zabarellæ Breuiarium Instrumentorum Familiæ suæ.

Accesserunt Iacobi possessoris varia de Rebus Patauinis, quæ lucem desiderant.

Libri in Membranis, quorum maior pars elegantissimè scripta Zabarellæ Familiæ insignia præfert.

Senecæ Tragœdiæ cũ glossis Card. Zabarellæ, incipiunt. *Tragedia*. Expl. *fulmina mittes*. fol. cum miniaturis elegantissimis.

Guidus de Columna de Casu Troię in Daretem Phrygium. Incipit. *Si & quotidie*. desinit: *Quod quidem opus factum est Anno Dominicæ Incarnationis* 1287. In eodem Volum.

Tractatus de Bello Ciuili Cæsaris & Pompei. Incip. *Iam quidem satis constat*. Explicit. *Cæsaris & Pompei liber* fol.

fol. scitè scriptus.

M.T.C. Epistolæ Famil. elegantissimo charactere. In calce legitur Geneologia Familiæ Zabarellæ.

Eiusdem M.T.C. Epistolarum Famil. aliud exemplar cum miniaturis. Cui accessit Card. Zabarellę Tractatus de Virtutibus Moralibus.

M. T. C. De Finibus, Rhetorica, & alia Opera eleganter conscripta.

Apuleius de Asino aureo. Incipit. *Etsi tibi sermone isto*: Desinit: *nec in ea re quicquam efficit conditione*.

Fulgentius super Bucolic.& Georg. Virgilij cum notis scriptus à Ioan. de Yppolitis Brixiensi An. 1359. Die 15. Iulij. In calce leguntur Epitaphia Virgilij, Friderici Imp.&c.

In Vol.in 4.legũtur hæc: Probæ Falconiæ Virgilio Centones: Augusti Carmina ad laudem Æneid. Virgilij: Gætæ & aliorũ Poetarum carmina. Salamonis Prouerbia carminib. exarata.

Æmilius Probus de Viris Illustrib. Incip. *Non dubito fore*. Desinit. *Num Platonis sententias omnibus alijs prætulit*.

Sibyllæ Erythreæ Babylonicæ Prophetia. cum postillis, cuius initium: *Exquiret is à me*. 4.

Dantis Poetæ Comœdia elegantissimè scripta. In calce leguntur *Capitolo di Busi di Augubio in la Comedià di Dante*. Item *Capitolo di Giacomo Dante figlio*.

Macri Poetæ Carminum Liber. Incipit: *Liber Herbarum*. Explicit: *sic lumina libers*.

Terentij Comœdiæ cũ glossis. in 4.

Iudæi cuiusdam liber ex Arabico in Latinum versus à Fr. Alphõso Bonhomo Hispano, & Vgoni Generali Prædicatorum inscriptus. Agit de Iudæorum captiuitate. Incipit *Reuerendissimo in Christo Patri Vgoni*. desinit: *homo peritus vel ignorans*.

Petri Pauli Vergerij de Ingenuis Moribus ad Vbertinum de Carraria. *Exemplaria duo*.

Isidori de Verbis Latinis, & Differentiarum Liber. 8.

Psalterium Monasticum cum miniaturis elegantissimum.

CODICES IN CHARTA.

